SVmmimus alterũ Aue.2.poſt.1.1. coeli.2. ſunt quædã res quæ ſunt ignotæ naturaliter quæ ſillogiſmo & dmonſtratione uenãtur. Quædã notiſſimæ & nullo indigẽt inſtrumento, quoniam.1. poſt.2.quod eſt manifeſtum deſpicit ars, & eſt ratio quoniá ars uerſatur circa difficilia non circa facilia & manifeſta.1.methaph.1. Quæ uero ſunt aliquo modo nota aliquo modo ignota, aliqua manerie diſciplinæ uenantur artificialiter, quæ maneries diſciplinæ eſt, iductio, enthimema, exemplum, et alia.1.phyſicorum in prologo

ET eſt Ariſt.non ſolum Auer.2.metha.14, non in omnibus rebus idem inſtrumentũ eſt quærendum, et eſt ratio ſua ex primo, ethicorum.2. nam qualis materia tale debet

eſſe

eſſe inſtrumentum,ad ignotum ergo,naturaliter ordinatur ſillogiſmus. 2.poſt. 1. Auer.ad aliqualiter notum aliæ ſpecies inſtrumentorum ſicuti inductio exemplum et. 2.poſt. 25.commerito igitur non tantum tria ſed ex fine plura eliguntur inſtrumenta artificialia & neceſſaria q̄ diffinitio qua ſubſtantia rei. 2.poſt. 24 ſillogiſmus topicus per quem ad omne problema arguitur primo topicorū. 1.& demonſtratiuus quo ſcitur accidens eſſentiale. 1.poſteriorum. 19.& 28.

ITerum arguimus ſunt alie ſpecies argumētationis & inſtrumenti ergo non tantū iſta tria,conſequentia clara,antecedens probatur. ſ.q. iſta alia ſint ſpecies argumentorum per ſe,Nam ſpecies per regulam datam a. porphirio cap.proprio & primo topicorum. 4.eſt de qua genus prædicatur in quid ſi igitur aliqs quærat quid eſt inductio recte reſpondebimus eſt ratio argumentatio uel inſtrumentum quod procedit ex ſingularibus ad uniuerſale prædicatur igitur inſtrumentum cognoſcendi de iſtis in quid non conuertibiliter ergo genus. 1.topicorum. 7. Et addamus ſed Genus prædicatur per ſe de ſuis ſpeciebus. 14 poſte. cap. de per ſe in primo modo dicendi per ſe ergo ſunt per ſe iſtæ ſpecies inſtrumentorum cognoſcendi,non ergo tantū tres ſpecies.

ITerum arguimus Ariſto.hæc in logica conſiderat ergo ſpecies inſtrumentorum,Probatur conſequētia,qm̄ antecedens eſt clarum ex 1.priorum ſummendo unū ex.pri.poſt. 10.14.& capite de unitate ſciæ. 1. una ars ſcia uel facultas debet conſiderare,ſubiectum ſpecies ſubiecti accidentia & paſſiones per ſe illius ſubiecti & principia per ſe iſtorum. Et eſt ratio ex. 5.phiſicorum & 6.methaphi. 6. 1.poſteriorum 32.com. Ars omnia quæ per ſe ſunt conſiderare debet neceſſario,quæ per accidens dimittit,ſed iſta quatuor ſunt per ſe, ergo oīa. Iſta quatuor neceſſario ab arte conſiderari debent,Alia autem ī arte ſi conſiderentur ſunt de bonitate,ſicuti de uacuo ī libris phiſicorū ad excludēdū ab arte,uel ad d̄clarādū ea quæ ſunt neceſſaria artis, Ex quo arguimus,iſta. ſ.inductio enthimema exemplum,conſiderantur in logica,& non ad excludēdū tāq̄ rationes aſillogiſticæ,neq; ut p ea dclaremus alias ſpēs argumētationis ut patet ergo neceſſario, uel ſpēs argu.& iſtorū iſtrm̄orū,uel accidētia p ſe,uel principia p ſe ſunt,n. 2.intellecta de q bus in logica neceſſario conſideratur,Et ſi addamus q. iſta talia nō ſunt principia neq; paſſiones illorū ſ.demōſtrationis diffinitionis,& ſillogiſmi topici ut clare patet,qd ergo remanet aliud p̄ter q̄ ut.In logica tāq̄ ueræ ſpecies inſtrumentorū conſiderentur, ſignum eſt q. Ariſt.de his conſiderauit in. 2.lib.priorū.

SEd ipſe hic et libro. 4.lectione prima uidetur reſpondere,dicens q. iſta tria ſunt tātū inſtrumenta,qm̄ omnia alia ad iſta reducuntur. Hæc Reſponſio uidetur uoluntaria,et ſine ratione. Non enim ad demonſtrationem neq; ad diffinitionem, neq; ad ſillogiſmū topicū iſte aliæ,ſpecies reduci poſſūt. Q d' non ad diffinitionem eſt clarū,cum diffinitio indicet ſubſtantiam per eſſentialia. 1.topicorū. 4. quæ ſimplex 3 de aīa. 21.non dicens eſſe neq; non eſſe. 1.piherme: cap. 4. 1.poſt. 14.com. 2. poſt. 2.cap.hæc autem omnia aliquid de aliquo probare conantur.

NEq; ad topicum uel demonſtratiuum ſillogiſmum,Probatur, quæ differunt ſpecie unū non reducitur ad aliud,iſta differunt ſpecie,ergo unū non reducitur ad aliud. Probatur minor,Quæ differūt diffinitione differunt ſpecie.iſta huiuſmodi,ergo,minor nota, aſsuetis in logica,maior probatur,ſcd'o poſt. 10.21.diffinitio datur per Genus & differentiam. quæ differentia ſpecifica Porph. cap. de differentia, quæ facit alteram & diuerſam ſpeciem dans eſſe & faciens differre ab omnibus aliis, ſi ergo differunt diffinitione ergo differentia ſpecifica ergo ſpecie.

PRæterea non ſolum ſpecie, ſed differunt etiam genere,eſt ratio nam genus iſtorum ſ.ſillogiſmi topici & demonſtratiui eſt ipſe ſillogiſmus. 1.priorum cap. 5. qui ſillogiſmus eſt oratio ex qua ſequitur aliud neceſſario, ſed illa alia inſtrumenta non faciunt ſequi aliud neceſario, ſed petunt aliquo modo. 2. poſteriorum cap. 5. Tunc ſic, eſt locus topicus & non ſolum topicus ſed demonſtratiuus,cuicūq; competit diffinitio & diffinitum & a,quo remouetur diffinitio & diffinitum, ſed diffinitio ſillogiſmi remouetur ab iſtis aliis ſpeciebus inſtrumentorum ergo non ſunt ſillogiſmi ergo ſillogiſmus non eſt genus iſtorum, Differunt ergo iſta & illa non ſolum ſpecie ſed etiam Genere,& hoc eſt illud quod.dicebat Auer. 1.priorum. 2.ſillogiſmus differt ab aliis ſpeciebus inſtrumentorum quoniam ſolus ſillogiſmus infert neceſſario, Aliæ autem ſpecies non inferunt.

Præterea nullo modo poſſumus imaginari q. reducantur,ad iſta niſi ut dicit Auer. 1. poſt. in prologo cap. de proportione ſicuti, imperfectum ad perfectum. 7.politicorum. 7. Et ſi intelligat hoc modo etiam topicus ſillogiſmus reducitur ad demonſtrationem tan

quam ad perfectius. 1. poſt. loco dicto Auer. Et ſic duo tantum inſtrumenta. ſ. demonſtratio & diffinitio, quoniam omnia alia ad iſta reducuntur.

IN libro uero. 4. apologiarum ſectione prima fere in ultimo dat rationem q. iſta tantum tria ſint inſtrumenta cætera uero minime, Et pro ſua ratione ſumit ex. 12. poſt. 1. Quatuor ſunt tãtum quæſita, unum ſcilicet ipſum quid, quod ſcitur per diffinitionem, alia aũt tria p ſpẽs ſillogiſmi, quare non neceſſaria cætera inſtrumenta, ergo nec inſtrumenta, Pace tanti uiri ex hac ratione plura ſequuntur inconuenientia, contradicit ſibi, & uidetur non intelligere textũ Ariſt. Primo ſequeretur hoc inconueniens q. non eẽt niſi demonſtratio & diffinitio inſtrumẽtum logicũ, probatur per illum textum & uerba ſua met. quæſita & ſcita ſunt eadem & æqualia numero ſed duo tantum inſtrumenta facientia ſciẽtiam de rebus ignotis, demonſtratio & diffinitio. 1. poſt. in ꝓlogo in principio epitomatis logicalium Auer. ſillogiſmus autem topicus non parit ſcientiam ſed opinionem, ergo per ipſum ſequeretur ut duo tantum inſtrumenta non tria ſicuti dicit.

PRæterea contradicit ſibi cum ponat ſillogiſmum topicũ inter inſtrumẽta & poſtea dicat q. ſi non facit ſcire quæſita non ſit inſtrumentum, ſillogiſmus enim topicus non facit ſcire ſed opinari. 1. poſt. capit. penultimo, ſolus ſillogiſmus dmonſtratiuus ẽ illa ſpecies ſillogiſmi quæ facit ſcire, Nam demonſtratio quia facit ſcire duo quæſita ſi eſt, & an eſt, unum ſimplex & alterum compoſitum, demonſtratio ꝑpter quid, facit ſcire alterũ quæſitum. ſ. ꝑpter quid, demonſtratio ſimpliciter utrũq; abſoluit & eſſe & pp quid, Quæſitũ uero quid ſola diffinitione uenatur, Quomodo ergo dicit q. quæſita ſcientifice p ſillogiſmũ topicũ cognoſci poſſint. Et eſt ratio qm̃ ſcĩa eſt neceſſaria & ĩpoſſibile aliter eẽ. 1. poſt. 17. & 21. & 7. capite neceſſariũ aũt non ſeqtur niſi ex neceſſario per ſe ex non neceſſariis aũt p añs, Præmiſſæ uero demonſtratiuæ ſunt neceſſariæ. 1. poſt. 17. & 7. cap. 1. priorum. 1 elencorum & 1. topicorum. 1. præmiſſæ uero topicæ ibi met. non ſunt neceſſariæ, ibi & 1. poſt. com. 17. non ergo faciunt ſcientiam.

PRæterea non intelligit textum Ariſto. ibi enim ut recte exponit Auer. intelligit quæſita quæ ſunt ignota naturaliter q. ſint æqualia numero ſcitis, aliter non eſſet uerum dictum Ariſtotelis, Nam primo cœlli 4. Auer. & Ariſt. primo Ethicorum. 2. 2. methaphiſi. 14. ſunt quædam quæ non ſunt ignota naturaliter de quibus non quærimus habere ſcientiam per demonſtrationem: non ergo omnia quæſita ſunt ſcita, ſed illa quæ ſunt ignota naturaliter. dicere uero omnia quæſita generatim ſunt iſta quatuor tantum, & ex iſtis tãtum quæſitis eligere inſtrumenta neceſſaria & neceſſario in logica conſiderata uidetur mihi pura inſania.

ILlud uero quod ſubdit ſcilicet ſubiecti determinationem, ſine arte, & indiſtincte, & falſo loquitur, nec intelligit quid ſit ſubiectũ artis. Indiſtincte & ſine arte loquitur, habemus enim regulam Ariſtotelis primo elencorum & primo cœli. 110. quando aliquod nomen eſt multiplex & plura ſignificat prius eſt diſtinguendum & poſtea appropriandũ illud de quo loquimur ne faciat intellectum confuſum, Sumimus alterum ex. 2. poſt. 33. Auer. ſubiectũ dicitur multipliciter quoddam eſt totale: quoddã partiale, quoddam uero principale. 8. phiſicorũ. 1. cum ergo omne multiplex eſt diſtinguendum, ſubiectum eſt multiplex ergo diſtinguendum prius & poſtea determinandum quod non faciens errauit confuſe & ſine arte loquitur.

PRæterea illa declaratio ſubiecti artis quã ipſe tribuit; falſam eſſe non dubitamus, non enim conuenit ſubiecto totali, nec principali, nec partiali; nullo modo ergo ſubiecto conuenit, Non totali quoniam ſubiectum totale debet eſſe tanquam genus primo poſteriorum. 20. 25. & cap. de unitate ſcientiæ. 2. poſteriorum. 33. comen. & eſt quoddam totum continens omnia in arte conſiderata ſicuti determinauimus; ipſe autem dicit q. ſubiectum eſt quoddam principale & principaliter conſideratum ad quod omnia alia ordinantur ergo illa declaratio non eſt ſubiecti totalis. Neq; principalis ſubiecti nam ſubdit quod comprehendit omnia, modo ſubiectum principale. 11. de anima primo. 1. phiſicorum primo & ſupra declarauimus eſt una pars ſubiecti totalis quæ nobilior & perfectior cuius gratia omnia alia conſiderãtur, exemplum primus motor in libris phiſicorum ſubiectum principale quod non comprehendit totũ librum phiſicorum, tamẽ principalius & perfectius quod conſideratur in eo libro cuius gratia omnia alia conſiderantur. Nec iterum partialis propter eandẽ rationẽ, Quoniã partiale ſubiectũ non compꝛhẽdit oĩa adæquate quæ conſiderantur, in arte: quia ſpẽs; nulli ergo ſubiecto conuenit ipſa determinatio ſubiecti p ipſm data. Igitur falſa.

Præterea

PRæterea uidetur contradicere ſibi meri di
cere enim q. ſubiectũ eſt aliqd in arte qđ
eſt principaliter conſideratum eſt dicere ali-
quid quod eſt nobilius aliis conſideratis in
arte,& non eſt dicere totum aliquod com-
prehendens omnia, dicere uero poſtea quod
eſt illud qđ omnia comprehendit eſt dicere
contradictionem,ut principale enim non com
prehendit omnia, comprehendere omnia &
non comprehẽdere oĩa,eſt clariſſima contra-
dictio,contradicit ergo ſibi confuſe & ſine ar
te loquitur & ignorat quid ſit ſubiectũ artis.

SEd uideamus aliquantulum ſi ſit cum ra-
tione dictum illud quod contra nos deter
minat ponendo ſubiectum logices, & primo
probat q. non oratio,neq; ſillogiſmus. Quo
niam ordinatur ad diffinitionem & alias ſpe-
cies ſillogiſmi,eius cognitio.

PRimo contradicit ſibi nam parum infra de
terminat ſubiectum eſſe modum cognoſcẽ
di qui modus eſt oratio per ipſum qua igno
tum notificamus ergo oratio per ipſum met.
eſt ſubiectum logices,quod hic improbat.

PRæterea ſi ratio iſta eſſet uera deſtrueren
tur penitus omnes artes & ſcientiæ,neque
aliqua facultas haberet ſubiectum totale,& ſu
mimus unum ſubiectum totale debere eſſe tã
quam totum & genus reſpectu aliarum ſpe-
cierum conſideratarum in arte primo poſt. 2 0
1 5.cap. de unitate ſcientiæ com : 17 8. 2.poſt.
3 3.Et eſt ratio quoniam ſcientia ibi met ali-
ter non eſſet una niſi haberet tantũ unũ ſubie
ctum totale,& eſt ratio quoniã ſubiectum in
accidentalibus eſt drĩa ppria 7. meth. 17.pri.
poſt. 3 1. Auer. quæ differentia dat eſſe & uni
tatem. 7 .metha. 4 3. porph. cap de differẽtia.

SVmimus alterum ex. 2 .de anima. 1 1.cogni
tio rei uniuerſalis de ſe eſt imperfecta nec
ipſam deſideramus niſi ut propter ipſam co-
gnoſcamus minus uniuerſalia uſq; ad indiui
dua ſi poſſibile eſſet,non.n. poſſumus cogno
ſcere pticularia niſi prius cognitis rebus uni
uerſalibus ppter tres rationes dictas ab Au.
primo poſteriorũ & primo phiſicorum in pro
logo intendit tamen ars cognoſcere ſingula-
ria quod non poteſt artifex niſi prius cogno
ſcat uniuerſalia uniuerſalium ergo cognitio
ordinatur ad ſingularium cognitionem,
Et eſt ratio quoniam ſcientia inſequitur
opus naturæ, 2. poſteriorum 9 4 .comen. &
primo poſteriorũ. 8 natura autem incipit opa
ri ab uniuerſalibus & poſtea ad minus uniuer
ſalia donec ultimo introducatur forma ppria
dans eſſe pprium ipſi compoſito,& ideo na
tura intendit facere & ideo nos cognoſcere
non uniuerſalia ſed ſingularia, incipiendo
prius ab uniuerſalibus pri. phiſicorum 4. Et
ideo dicebat Auer. primo phiſicorum in pro
logo, ſubiectum & intentio huius ſcienciæ
eſt cognoſcere res ſenſibiles res ſingulares
indiuidua ipſa, quoniam ſi de corpore na-
turali & re communi, non niſi ut ſub eius
ratione res ſenſibiles & ſingulares cognoſca-
mus, quas cognoſcere intendimus prima
intentione ſicuti dicebat Ariſt. primo prio-
rum primo,intentio ẽ de demonſtratione ta
men prius de ſillogiſmo propter demonſtra
tionem quia uniuerſalius pri. priorum cap. 1.

EX quibus argumentor cognitio rei uni-
uerſalis ordinatur ad cognitionem ſingu-
larium ,ſubiectum totale debet eſſe uniuerſa
le in arte,ergo debet ordinari ad ſpecierũ co
gnitionẽ. Tunc ſic quod ordinatur ad aliud
non ſubiectũ p ipſum, ſed omne ſubiectũ eſt
tanq̃ genus & uniuerſale & ideo ordinatur ad
aliud p ſumptũ, ergo omne ſubiectũ artis to
tale non eẽt ſbm quæ contradictio manifeſta.

ITerum arguimus ſi ſubiectũ artis eſt quod
eſt per ſe conſideratũ ſubiectum totale quia
eſt tanq̃ genus & uniuerſale non eſt huiuſ-
modi ut probatum ergo nulla ars haberet ſu
biectum totale, ergo nulla ars eſſet una,ergo
nulla ars differret ab altera, quod quantũ
ſit abhominabile patet peritis in libro poſte-
riorum capit.de unitate ſcientiæ.

ILlud uero quod ſubdit q. non demonſtra
tio ſubiectum quoniam excluderet alias ſil
logiſmi ſpecies, uidetur q. per ipſum poſſet
dici ſubiectum, nam declarando ſubiectum
dicit,ſubiectum eſſe,quod principaliter conſi
deratur in arte cuius gratia omnia conſide-
rantur, demonſtratio eſt huiuſmodi ſicuti
tenent fere omnes præter Auer.ergo demon
ſtratio ſubiectum.

ILlud uero q. ſubdit q; per hanc rationem
neq; diffinitio uere concluditur per ſuum
ſumptum q. diffinitio ſubiectum, probaui-
mus enim nos in quæſito proprio de ſubie-
cto principali q. principale ſubiectum ad
quod omnia alia ordinantur in logica eſt ip-
ſa diffinitio. Tunc ſic Illud eſt ſubiectum per
ipſum quod principaliter conſideratum &
ad quod omnia alia ordinantur,diffinitio eſt
huiuſmodi ergo.

QVod uero addit contra diuũ Thomam,
q. neq; ens rationis poterit eſſe ſubie-
ctum,dicimus q. ſic prolatum.ſ.ens rationis
s.ſimpliciter,non poterit eſſe ſubm,hoc ẽ cla
rũ tamen ens rationis ut inſtrumentũ cogno
ſcẽdi ſic uere ſubiectum nec excedit,nec exce.

dittir, neq; aliquid accidentale uel extraneū. In logica ſed uere & eſſentialiter conſideratū in logica, nec continet aliquid non per ſe a logico conſideratum omnia enim quæ talia ſunr neceſſario ad logicum ſpectar conſiderare & in rei ueritate conſiderat.1. poſterio. rum in prologo Auer.contra alpharabium et 7. met. 42. condemnauimus nos tamen diuum thomā de diminutione quoniam ſubiectum debet habere duas partes, materialem ſcilicet & formalem, quod complete ſubiectum artis,& eſt ratio ex.2.phiſicorum.17.1. poſt.cap.de unitate ſcientiæ com. 178.facultas eſt una & differt ab aliis per ſubiectum, modo per rem conſideratam non differunt artes locis dictis ſed per modum conſiderandi,complete ſubiectum ergo eſt & res & modus conſiderandi ſimul unum tanq̃ forma alterum autem ſicuti materia, & ſic conſtituitur ſubiectum ſicuti apud naturam aliquid compoſitum ex materia & forma, ſic proportionaliter ſubiectum habere debet aliquid loco formæ neceſſario, diuus ergo thomas dicit ſolum partem materialem dando ſubiectum circa quam uerſatur logica dimittendo partem formalem & modum conſiderandi. Ratio ergo ſua nil eſt contra diuū thomam, ens enim rationis ut inſtrumentum notificandi ueriſſime ſubiectum logices.

QVod uero ſubdit poſtea nec dari entia rationis nec.2. intellecta. Miror enim cur iſta abnegat uir iſte doctiſſimus, dicere. n. genus, ſpecies, nomen, uerbum, enuntiatio, propoſitio, ſillogiſmus, demonſtratio, diffinitio, & cætera huiuſmodi non ſunt nomina res ipſas ſignificantes, ſed res, quas iterum intellectus apprehendit, & ſunt fabra ipſius animæ ad oſtendendum quomodo nomina primo intellecta ſignāt naturas rerum ut alibi latius, miror igitur cur non uelit dari hæc.2. intellecta & entia rationis imo ſi non inuenirentur deſtrueretur penitus logica, cum nil aliud conſideret niſi hæc ut patet ex.4.methaphiſices.2.Auer. Illud uero quod poſtea arguit, q. nec modus ſciendi ſubiectū, quia non complectitur ſillogiſmum dialecticum, Redarguimus ipſum per ſua dicta & ſumimus ſubiectū eſſe illud quod nobilius & principalius ad quod omnia alia ordinantur, ſed ad modum & inſtrumentum ſciendi omnia alia ordinantur, ſequitur p conuerſionē maioris in terminis, Quare modus ſciendi eſt ſubiectū per ipſum in logica, maior nota per ſuum ſumpiū Minor probatur per Auerroim primo poſteriorum in prologo capit. de proportione.1. topicorū.2.capit.de utilitate & ſillogiſmus topicus ad demonſtrationem & inſtrumentum ſciendi ordinatur.

NEq; illud quod ſubdit eſt uerum, omnia ſimul non poſſe eſſe ſubiectum quia hæc ars non eſſet una quod eſt abſurdiſſimum. Sed credo q. abſurdisſima ſit eius doctrina in hac re, Nam primo poſteriorum, 178.com. capit.de unitate ſcientiæ. ſubiectum poteſt eſſe uniuocum uel analogum, uniuocum bene habet unam naturam a, qua poſſet ars una dici Analogum autem non ſemper habet talem naturam, ſed magis ordinem ad unam naturam & tamen poteſt eſſe ſubiectum loco dicto, exemplum in phiſica principia rerū naturalium ſunt ſubiectum & tamen plura principia hic etiam in libro Porphirii quinq; predicabilia ſubiectum, Et eſt ratio quoniam ſcientia eſt & dicitur una a modo conſiderandi ſicuti probauimus determinando quid ſit modus conſiderandi artis non a re conſiderata, quare ſi omnia iſta ſint plura non ſequitur propter hec ut non poſſint eſſe ſubiectum cum a modo & non a, rebus conſideratis ſumatur unitas in ſcientia.

PRæterea ex hoc ſequitur q. non intelligat quomodo ſubiectum eſt unum in arte & quomodo a ſubiecto ars una dicatur. Non enim dicitur ſcientia una quia res conſiderata ſit una, Nam plura conſiderantur in philoſophia naturali & tamen ſcientia illa una eſt, ſic etiam una eadem res in diuerſis artibus & tamen ſcientia non una, Merito igitur a modo conſiderandi ars & ſcientia ſumit eſſe & unitatem, qui debet eſſe unus toti & partidans eſſe & unitatem & tanquam forma ipſius artis male igitur Argumentatus eſt, res ſunt plures ergo artes eſſent plures, & cū hoc male intelligit quomodo a re una ſcia una.

SEquitur poſtea dando ſuam opinionem ponens ſubiectum logices eſſe modum cognoſcendi. Quam opinionem inter alias (pareat mihi tantus uir) facile peiorem credimus pro nunc unica tantum ratione contra eam argumentari ſumus contenti. Sumendo unum quod ſupra latius probatum, ſubiectum neceſſario habere duas partes rem conſideratam & modum conſiderandi pri. poſteriorum com.178.2.phiſicorum 17. 18. Et eſt ratio quam ſupradiximus nam ars differt ab altera per ſubiectum, quæ differentia non poteſt ſumi a, materia & re conſiderata ſed a, materia & modo conſiderandi materia ergo & modus conſiderandi complent totum ſubiectum.

SVmimus alterum ſupra clarius probatũ, modum conſiderandi ipſius logices eſſe inſtrumẽtum notificandi, quod idem eſt cũ modo notificandi. nam modus, uia, inſtrumentum ſciendi & notificandi idem ſunt 2. methap. 7. tunc arguitur qui ponit ſubiectũ alicuius artis & non ponit ipſum completũ ex utriſq; partibus ſuis eſſentialibus ipſe eſt diminutus, Ipſe uero dimittit partem eſſentialem. ſ. materialem ergo diminutus.

PRæterea quod p partẽ tale per accidens tale 1. phiſicorũ pri. ipſe autẽ ponit ſubiectum ponendo partem et per partem dat intelligere ſubiectum logices. ſ. per modum conſiderandi, illud ergo ſubiectum eſt per accidens & non per ſe uere & completum ſubiectum quod abſonum ĩ arte 1. poſt. 20. 21. cap. de unitate ſcientiæ, ſubiectũ debet eſſe eſſentiale in arte. Quod uero ſubdit poſtea hunc modũ cognoſcendi qui eſt ſubiectũ eſſe orationẽ ponit illud quod ſupra negabat ſupra enĩ negabat orationẽ poſſe eſſe ſubiectũ logices, quod hic affirmat. Quare contradictio, nam primo perther, cap. 6. & ſit contradictio, affirmatio & negatio eiuſdem.

QVod uero ſubdit de nomine ipſius logices quoniam, a materia, ſumit nomen ipſa facultas uidetur hoc clare falſum meo quidem iudicio, Probauimus. n. q. modus conſiderandi eſt tanquam forma dans eſſe et unitatem ipſi arti res autem conſiderata eſt materia a, qua nec ſcientia una nec dicitur una pri. poſteriorũ 173. com. 1. phiſicorum 17. 18. ut dictum & eſt ratio clariſſima, cum una et eadem res in diuerſis artibus conſiderari poſſit, v.g. de corpore naturalis, methaphiſicus, & medicus, omnes artes iſte habent unam materiam circa quam uerſantur, & tamen nec ſunt una ars, nec nominantur eodẽ nomine. Non ergo a, materia ſumitur nomen, ſed a, modo conſiderandi artis ſicuti & nos ſupra clarius probauimus.

ILlud uero quod ſubdit. Quod logica non ſit ſcientia ꝓprie dicta concedimus. Quod uero ſubdit artem eſſe, falſum id eſſe putamus eſt. n. quædam facultas primo phiſicorum 8. diſtincta ab arte & ſcientia & eſt facultas quæ adiuuat artes & ſcientias. Et eſt ratio ut dictum, nam ars eſt & dicitur una uel talis a, modo conſiderandi qui eſt tanquam forma dans eſſe, qui actus, a quo ſumitur nomen 8. methaphiſi. 7. Cum ergo ſupra probauimus logicam eſſe inſtrumentum ad omnes artes & ſcientias, non ergo eſt, nec dicitur ars uel ſcientia.

PRæterea arguimus, ſumendo ex 6. ethicorum 4. artem eſſe uel cuius finis actio, uel cuius finis factio remanens opus logica neutrum iſtorum nullo ergo modo ſcientia uel ars dici debet, uocatur actio quãdo poſt operationem non reſtat opus uocatur factio quãdo poſt actionem illam remanet opus, & eſt circa rem exteriorem, ſicuti eſt de artibus mechanicis, & operationes circa mores. Et ſic non erit logica de iſtis operibus. Cum non ad exteriorem materiam doceat regulas operãdi eſt. n. logica de ente quod eſt ĩ intellectu. Tertium ergo genus quod neq; ars neq; ſcientia. Quod uero hæc ſit eius opinio clarum eſt ex libro. 4. ſectione prima ubi hanc ducit rationem ubi conatur declarare quomodo logica ſit ars operatiua extra intellectum in materia extranea, & nec ſoluit nec poteſt ſoluere.

ET ſi dicitur q, quinque ſint habitus intellectus. Prudentia, ſcientia, intellectus, ſapientia. Et ars logica non ſcientia, non prudentia non intellectus nec ſapientia igitur ars. Ad hoc facile eſt reſpondere quanquam inſolubile putant argumentum hoc, Ariſtoteles enim intendit ibi numerare habitus ipſius intellectus per ſe qui per ſe deſiderantur, non propter aliud, logicam autem non per ſe deſideramus cognoſcere ſed alterius gratia primo topicorum 8. Et Ariſto. non connumerauit inter habitus illos.

IN diuerſis uero locis, ſuam ponit opinionem de quæſito principali. Dicens librum prædicamentorum non eſſe partem logices ſed methaphiſices. Et ſubdit immo methaphiſicum mancum ac diminutum fore ſine hoc tractatu prædicamentorum, in logica uero omnino inutilis. Primo arguit in ſectione 3. ſubſtantia ut ſubſtantia & alia prædicamenta inquantum talia conſiderantur, ergo non pars logices iſta conſideratio, Valet iſta ratio ſumendo regulam poſterioriſticam ex primo poſte. 173. com. & cap. de unitate ſcie, una ars debet conſiderare ſubiectum totale & omnes partes & ſpecies illius generis ſubiecti, & eſt ratio quoniam omnia per ſe et eſſentialia neceſſario debent conſiderari quæ per accĩs debent remoueri ab arte pri. poſteriorum 32. 1. phiſicorum 6. 6. methaphi. 6. Sumit alterum 4. methaphiſi. pri. 6. methaphi. 2. ens ut ens eſt ſubiectum totale in methaphiſica ergo omnes ſpecies entis in quantum talia in methaphiſica & neceſſario eorum conſideratio methaphiſica.

SEcunda ratio eſt, Non ordinatur ad opus ergo non conſideratio logica.

TErtio, ſi iſta conſideratio eſſet logica & non methaphiſica eſſet diminutus Ariſtoteles in metha 1 quod abſonum: Quarto termini iſti non ſunt logicales, ergo non conſideratio logicalis: cum nullo modo utilia ſint in logica.

PRima ratio eſt ueriſſima & quo modo ualeat nos diximus & dicemus clarius infra. Secunda uero ratio apparet ualere hoc modo, ſumendo quod ſupra ipſe ſumit, modum conſiderandi ipſius logices hoc eſſe .ſ. ordinari ad opus. Sumitur alterum quod ſæpius dictum ex primo poſteriorum 172. & 2. phiſicorum 17. ars eſt Vna a modo conſiderandi. Ita quod omne quod conſideratur in arte debet contineri ſub modo conſiderandi illius artis. Tunc arguitur, modus conſiderandi logices eſt ut ordinetur ad opus, res conſiderata hæc in libris prædicamentorum non huiuſmodi, ergo non continetur ſub modo conſiderandi logices, ergo non logica conſideratio per alterum fundamentum. Maior nota, minor eſt probanda quoniam iſta conſiderantur ut ſubſtantia, ut quantitas: & facit cognoſcere res, cuius cognitio non eſt propter aliud: in logica uero dantur regulæ ad cognoſcendum inſtrumenta: per quæ ualeamus ad opus exire in aliis artibus & ſcientiis.

SVper concluſionem aliqualiter ueram falſis uidetur arguere fundamentis, hoc enim fundamentum .ſ. modus conſiderandi logicum eſſe ut ordinetur ad opus, eſt falſum, ſic enim medicinalia conſiderantur atq; mechanica, non autem logicalia niſi ut ſint inſtrumenta ad acquirendum ueritatem in aliis artibus & ſcientiis pri. topicorum 8. 73 methaphiſi. 42. pri. poſteriorum in prologo Auer. cuius exercitium non extra animam eſt & ad exteriorem materiam exiens, quarum finis logicæ non erit opus ipſum. Et ideo potius erit tertium genus facultatis contradiuiſum ab arte & ſcientia proprie dicta, ut poſtea dicemus.

TErtia Ratio, uidetur ualere ſumendo ex primo de anima 3. cognitio rei perfecta non ſolum habetur per cognitionem ſubſtantiæ; ſed etiam per cognitionem accidentium propriorum, & eſt ratio ex primo poſteriorũ 20. 25. cap. de Vnitate ſcientiæ com. 178. una ars debet conſiderare ſubiectum, ſpecies ſubiecti principia, & accidentia perſe illorum, ſi ergo in methaphiſi. ſubiectum eſt ens, & ſpecies igitur entis in methaphiſica, quæ ſubſtantia & alia prædicamenta, ergo in methaph. de ipſis neceſſario; Ergo & in methaphi. etiam accidentia propria et entis & eius ſpecierum .ſ. ſubſtantiæ & aliorum prædicamentorum, quod nullibi fecit Ariſt. niſi in prædicamentis, prædicamenta ergo ſunt conſideranda a methaphiſico, imo methaphiſica eſſet diminuta, niſi adderetur tractatus prædicamentorum in quo de accidentibus ſpecierum entium conſideratur ſubſtantiæ .ſ. & aliorum prædicamentorum concludit ergo ratio iſta, librum prædicamentorum eſſe partem conſiderationis methaphiſices. Et ſine hac conſideratione diminuta & manca methaphiſica.

QVantũ uero ad hoc q. non conſideratio logicalis neceſſaria, conuenimus. Quo uero ad illud q. Ariſt. diminutus in methaphiſica ſine hac conſideratione cum difficultate & fere impoſſibile eſt ut ad talem deſcendam opinionem imo dicimus illam contemplationẽ, ſine libro prædicamentorũ pſecte traditam fuiſſe in ſcientia methaphiſices: Ratio uero ſua nihil eſt, Ad quã recte reſpondet Auer. & ad formam in principio 7. methaphiſices quaſi aliqs argueret ex pri. poſt. 178 com. cap. 20. 25. et cap. de unitate ſcientiæ, tria conſiderantur in arte de ſubiecto, ſpecies ſubiecti, accidentia, & principia ſpecierum ſubiecti: ubi ergo Ariſt. in methaphi. tradidit iſta Reſpondet, Ariſtotelem in 7. & 8. tractare de ſpeciebus ſubiecti deinde in 9. & 10. libro tradidit nobis Ariſt. conſequentia .ſ. accidentia propria: et eſſentialia ſpecierũ entis .ſ. de actu & potentia de uno & pluri, quæ conſideratio eſt de accidẽtibus eſſentialibus ſpecieꝝ entis inquãtũ entia ſunt in. 11. uero libro ideſt duodecimo, qa forſitã undecimus eſt ſuperfluus & ideo omittit exponere, et ideo non connumerato undecimo duodecimus, dicimus ergo q. in undecimo ideſt 12. tractat de principiis ſubſtantiæ et aliorum accidentium unde completa conſideratio uenit methaphiſices, neq; aliquo modo diminuta, quoniam per regulam artis et poſterioriſticam loco dicto iſta tria ueniunt neceſſario conſideranda in arte aliquam uel facultate, quæ omnia complete perficit in methaphiſica. Simili modo dicit Auer. in principio epithomatum methaphiſi. in primo tractatu præcognoſcũtur nomina, in ſecundo memorabuntur ſpecis in tertio narrabimus conſequentia communia ipſi, quæ conſequentia non poſſunt eſſe niſi accidentia eſſentialia

harum ſpecierum entis. Quomodo igitur di-
cit uir iſte de accidentibus ſpecierum entis in
methaphiſica nullam feciſſe mentionem, er-
go diminutus ſine libro prædicamentorum.
Et ſi dicat iſte uir non ne ſubſtantia & alia
prædicamenta habent iſtas proprietates quæ
numerantur in libris prædicamentorum de
quibus nullam fecit mentionem in libris me
thaphiſices. Ad hoc facilis eſt reſponſio,
Nam metha. 4. methaphiſices primo & 6.
methaphiſices 2. conſiderat ens inquantum
ens & ſpecies entis inquantum entia, ſic
etiã accidentia ipſorum eſſentialia quæ ipſis
conueniunt perſe inquantũ entia ſunt. Et eſt
ratio ex 1. poſt. 17 8. com. & ca. 20. illa conſide
rat artifex quæ continentur ſub modo conſi
derandi illius artis, ergo illa ſolum accidentia
quæ eſſentialia & perſe iſtis conueniunt in-
quantum entia ſunt methaphiſicus. conſide-
rat, hæc autem accidentia & proprietates non
credo q. ſint eſſentiales ipſis, inquantum en-
tia ſunt ut v. g. ſuſcipere magis & minus,
dici æquale & inæquale, ſuſcipere duo contra
ria, & alia huiuſmodi, ſed magis ſunt quæ-
dam ſigna per quæ cognoſcamus quid eſt il
lud quod eſt ſubſtantia quid qualitas, quid
quantitas, et ut clarius infra dicemus de
hac re.

QVarta ratio q. ſit debilis eſt manifeſtum
termini methaphiſicales, ergo conſidera
tio methaphiſicalis. Poſſet aduerſarius reſpon
dere, non a re conſiderata ſeparantur artes
1. poſt. 17 8. 2. phiſicorum 17. Nam 6. metha
phi. 1. 4. methaph. pri. omnes artes conſide-
rant entia non tamen ut entia. v. g. naturalis
phyloſophia, non ne conſiderat ens cum mo
tu & cum materia ſic etiam & medicus cor-
pus ſanabile quod eſt ens ut ſanabile eſt, dum
modo Addamus modum conſiderandi pro
priũ tanq̃ differentiã ipſi enti ſemper conſti-
tuimus ſubiectũ propriũ aliarũ artiũ: ipſum
autẽ ens ſimpliciter ſumptũ, eſt ſubiectum in
methaphi. cũ modo uero conſiderãdi aliarũ
artiũ tanq̃ differentia ꝓpria additũ ipſi enti
conſtituit ſpeciem entis & propriũ & particu
lare ens quod conſideratur ab aliis artibus et
ſcientiis, Non ergo eſt inconueniẽs & in logica
entia conſiderari cum modo tamẽ conſiderã
di ſuo, non ualet ergo termini iſti ſunt metha
phiſicales ergo nullo modo poteſt ipſe logicus
ſic reſponderet aduerſarius & recte illud uero
quod arguit in tertia ſectione q. aliæ artes de
uocibus res ſignificantibus, ergo aliæ artes lo
gicæ forent partes, Reſponſio pro aduerſa-
rio eſſet clara, tum Auerroi, notando quod
ſupradictũ eſt. artes non differre uel eſſe idem
per rem et materiam conſideratam, ſed per
modum conſiderandi, poſſunt ergo illæ uo
ces inquantum uoces a logico conſiderari, in
quantum autem res ſignãnt ab aliis facultati
bus. ſic poſſet aduerſarius reſpondere.

SEd illud quod addidit poſtea q. non ſint
partes logices, quia non ſeruiunt aliquo
modo ipſi logico, concluſio eſt uera cauſa
autem quam dat. ſ. q. non ſeruiunt aliquo
modo ipſi logico eſt falſa quomodo uero ſer
uiat dicemus poſtea, nam & Ariſto. in primo
topicorum hoc egit.

ILlud uero quod ſubdit Iterum q. non ſer
uiant logico quoniam nec concluſiones nec
propoſitiones p quas demonſtrantur conclu
ſiones logicales neq; termini, eſt uerum, fun-
damenta autem per quæ probat hanc con-
cluſionẽ uidentur falſa, dicit enim q. finis lo-
gici eſt conficere tantum illa tria inſtrumẽta.
ſ. demonſtrationem, ſillogiſmum topicum &
demonſtratiuum quod clare improbauimus
ſupra & nec oportet iterum repetere.

SEd illud quod poſtea ſubdit, q. res logi-
cales demonſtrantur per demonſtratio-
nem, & dat rationem quoniam ſunt ignota
naturaliter, & concluſio & cauſa concluſio
nis eſt falſa. Nullam enim uidemus fie-
ri diffinitionem in logica ut patet indu-
ctione, facta in tota logica omnia ſua probat
Ariſto. uel exemplo ſæpe ſæpius uel inductio
ne uel aliqua ratione facili. Et eſt ratio con-
traria ſuæ rationi, ſumpta maiori ex Auer.
2. poſteriorum pri. pri. coeli 1. quæ non ſunt
ignota naturaliter non demonſtrantur, res
logicales non ſunt ignotæ naturaliter ergo
non demonſtrantur, maior ſumpta minor p-
banda, ſumendo iterum ex auer. pri. phiſico
rum 3. quæ facit natura non ſunt ignota na-
turæ, quæ facit artifex non ſunt ignota ar-
tifici. Ergo quæ facit intellectus noſter non
ſunt ignota perſe intellectui noſtro, Cui pro
maiori Addamus minorem: res logicales
ſunt ſecundo intellecta facta ab intellectu no-
ſtro 4. methaphiſices 2. pri. de anima 8. The
miſt. 6. methaphiſi. ultimo Ariſto. Ergo
non poſſunt eſſe ignota intellectui noſtro,
loquimur de logica artificiali non illa natu-
rali, quæ non debet dici logica ut alibi la-
tius, hæc ſunt quæ ſummatim de opinione
huius doctiſsimi viri dicere voluimus.

Opinio Genuæ.

ET Quoniam Antonius Mirandula fe-
re omnium. Et antiquorum & ma-
ximæ modernorum de hac re opinionem

referr, inter quos(forſitan tanquam magis honorandus inter philoſophos) eſt primus noſter præceptor Marcus Antonius genua qui quantus ſit philoſophus, cum per totum terrarum, orbem ſua doctrina, ſit notus externa non indiget tuba. Primo igitur & nos ad ſuam recitandam opinionem libenter deſcendimus.

POnit igitur uir iſte grauiſſimus duas concluſiones ad mentem expoſitorum. Primã intentionem eſſe de ſimplicibus uocibus res ipſas exprimentibus, non aũt de rebus, neq; de ente ut ens eſt. uoces ergo per ipſum ut res ſignificant ſunt ſubiectum in hoc libro.

SEcunda concluſio, logicũ eſſe librũ iſtum, & præcedere omnes alios libros in logica, prima nunc eſt uidenda concluſio.

RAtio uero ſua per quam concluſionem hanc confirmat iſta eſt, nam ſi de generibus iſtis ut entia ſunt ſic ut abſtracta per eſſentiam uel per independentiam ergo conſideratio methaphiſica, cum abſtrahat hoc modo ab omni motu et materia 6. methaphi. 2. Et ideo conſideratio methaphiſica erit iſta prædicamentorum, cum ergo methaphiſicalia non poſſunt cognoſci 8. phiſicorum 3. niſi præcedat naturalis, merito iſte liber ſequeretur q; ſit poſt naturalem philoſophiam. Quod maxime abſurdum eſſe putat. Nec poſſet aliquis dicere q, præcedat cognitione confuſa quoniam ſequeretur petitio in principio. ſ. q, declaretur ignotum per ignotius, quoniam iſta cum ſint confuſe cognita per hæc ſi cognoſceremus naturalia tunc procederemus petendo, in principio ex ignoto ad ignotum 2. priorum cap. de petitione principii, hæc ſummatim refert iſte uir doctiſſimus ad mentem Theophra. Porphi. Alex. et Simplicii.

NEſcio ſi ſua ſit hæc opinio quam recitat mirandula, tamen ſi mihi contra tantum uirum & præceptorem recalcitrare liceret primo arguerem q, ſit diminutus. Et ſummo unum ex ipſo met conceſſo, librum hunc eſſe logicum Sũmo alterũ ex primo poſteriorũ 178. & 2. phyſicorum 17. ſubiectum in arte ut diximus in præcognitionibus logices debet habere duas partes, rem conſideratam cum modo conſiderandi & ſine altera iſtarum non poſſe eſſe ſubiectum Sũmimus alterũ quod eſt determinatũ ſupra rem conſideratam eſſe 2. intellecta, modum autem conſiderandi in logica eſſe ut inſtrumenta notificandi. Tunc arguerem hoc modo, qui ponit ſubiectum in logica uel parte logices ſine materia uel modo conſiderandi logices eſt diminutus, ſed uir iſte, ponit pro ſubiecto uoces ut res ſignãt, quæ non poſſunt eſſe uoces de 2. intellectis. Ergo uoces res ſignificantes non poſſunt eſſe ſubiectum in aliqua parte logices. Minor probatur exemplo hæc uox homo, ſignificat hanc rem ſcilicet hominem non poteſt eſſe terminus logicalis nec aliquid conſiderarum in logica, bene nomen, uerbum, propoſitio ſillogyſmus, & alia quæ ſunt 2. intellecta, ut poſtea dicemus. Nec poſſent reſpondere q, materia & termini poſſunt in diuerſis artibus conſiderari. tunc .n. hoc eſſet uerum quando res aliqua poſſet ab aliqua arte conſiderari cum modo conſiderandi ſuo, quod non uidetur ipſe addidiſſe nec poteſt, illa res & materia ab ipſo logico & ſub ſuo modo conuenire.

ITerum arguerem . ſummendo unũ quod longius probatum in præcognitionibus logices modum conſiderandi alicuius ſubiecti eſſe idem totius & partis, a quo ars dicitur & eſt una. Sed iſti dant duos modos conſiderandi dando ſubiectum, ergo male Probatur minor, ly, ut, ſecundum q, ipſum inquantum ipſum reduplicat cauſam formalem, naturam propriam, modum conſiderandi proprium rei primo poſteriorum cap. de uniuerſali, & 5. methaphiſices capit. de ſecundum q, ipſum ipſi uero dicunt iſta conſiderari pñta ut uoces, inquantum res ſignãt ergo dant duos modos conſiderandi inquantum uoces & inquantum ſignãtur res quod eſt abſonum in arte.

PRæterea modus conſiderandi appropriat ſubiecta propria artibus propriis primo poſteriorũ. 178. com. 2. phiſicorũ. 17. ſed conſiderare de uoce inquantum uox eſt pertinet ad animaſticum, ut uero uoces ſignificantes entia et ſpecies entis ad methaphiſicum, nullo igitur iſtorum modorum ad logicum pertinet de iſtis conſideratio.

PRæterea arguimus tribus rationibus quibus arguit Auer. 1. poſt. & primo phiſico. in prologo ſummendo prius unũ fundamentũ. Nomen ipſum eſſe uniuerſalius his decem uocibus, hoc modo ut dicunt ipſi iſta decem conſiderari in hoc libro. Nomen .n. primo, periher 1 cap. 2. eſt uox ſignificatiua rerum mediantibus conceptibus, iſta conſiderantur huiuſmodi per ipſos, ergo ut nomina conſiderantur, & eſt ratio per locum non ſolum topicum ſed etiam demonſtratiuũ ut dicit Auer. arguere a diffinitione

addiffinitum

ad diffinirĩ Poſito ergo nomine tanquam uniuerſali his prædicamentis tanquam uocibus inquantum res ſignãnt ut dicunt ipſi. Arguimus ad inconueniens tribus rationibus ex auer. ſumptis & primo hoc modo.

QVinto methaphiſices. Notiora debent præcedere, ſed uniuerſale notius. 1 phiſicorum. 4. Ergo debet præcedere ordine doctrinæ, cui concluſioni pro maiori addamus minorem. Sed nomen eſt uniuerſalius & ſuperius ad iſta. Ergo debet præcedere eorum cognitionem tractatus de nomine. Poſito igitur q̧ iſta decẽ ut uoces res ſignãntes tractantur in libro præd camẽtorum male feciſſet Ariſt. præponendo hæc libro periher, in quo de nomine. Et quoniam falſum non ſequitur niſi ex falſo, dicendum non de uocibus res ſignãntibus librum prædicamentorum tractare.

SEcundo arguimus ducendo eos ad hoc iconueniens q̧ tractatus iſte eſſet inartificialis & non eſſentialis eadem ratione ſimili qua arguit auer. locis dictis. Pro quo ſummo mihi unum ex. 1. poſteriorum cap. de ſecundum q̧ ipſum eſſentiale, primum & uniuerſale eſt quod conuenit alicui, per naturam ſuã non mediante alio. Et ideo dicebat Auer. ibi quod conuenit ſuperiori tribuere inferiori, & quod conuenit per ſe inferiori demoſtrare de ſuperiori per accidens & non per ſe demoſtramus & tractatus non eſſentialis ſed accidentalis. Summimus alterum inferiora non poſſe cognoſci non cognito ſuperiori cum eſſentialibus ſuis prædicatis, uerbigratia non poſſumus cognoſcere demoſtrationem niſi prius cognouerimus ipſum ſillogiſmum cum eſſentialibus ſuis prædicatis. V. g. habere tres terminos & duas propoſitiones quæ conueniunt ſillogiſmo inquãtum ſillogiſmus, ſic non poſſumus cognoſcere iſta ut uoces res ſignãntes niſi prius de iſtis cognouerimus illa quæ conueniunt nomini & demoſtremus de ipſis quod eſſet inartificiale non per ſe & eſſentiale factum. Non ergo iſta ante librũ periher. poſſunt ut uoces res ſignantes conſiderari.

TErtio arguitur q̧ eſſet bis inutilis repetitio una de metis conuincendi inter diſputantes. Probatur ut dictum ſupra non poteſt cognoſci inferius & particulare non cognito ſuo uniuerſali Et eſt ratio quoniam uniuerſale ingreditur diffinitionem particularis, quod neceſſario prius cognoſci debet. 6. topicorũ. 4. primo poſt. 2. Themiſtius. 1. methaph. 4 8. Tunc ſic ſi per ipſos iſta ut uoces res ſignantes conſiderantur ergo ut particularia contenta ſub nomine, ergo non poſſunt cognoſci non cognito prius ipſo quo ad eſſentialia prædicata. Poſtea uero ſi iterum poſt hæc ſiat tractatus de ipſo nomine cognoſcendo eſſentialia eius prædicata, ergo bis inutiliter repetitio, ſecus autem ſi tractatus de uniuerſali præcedat & poſtea de particulari, nam ex cognito uniuerſali & ſumpto tanq̃ declarato & manifeſto poſſumus diffinire ipſum particulare ex præcognita doctrina uniuerſalis ſui ſecus autem ſi particulare præcedat, hoc autem ſequitur quia ponunt de uocibus res ſignificantibus hic conſiderari falſum autem non ſequitur niſi ex falſo, falſum ergo eſt iſta ut uoces res ſignantes hic conſiderari.

PRæterea arguimus ratione poſterioriſtica ex. 1. poſteriorum. 1 7 8. Modus conſiderandi appropriat ſibi tractatum propriũ arti ꝓpriæ, qui modus conſiderandi. 6. methaphſices. i. eſt modus diffiniẽdi, nam quo modo diffinit ſic conſiderat cui pro maiori Addamus minorem, ſed iſta eodem modo ĩ methaphiſica diffiniuntur ergo eodem modo conſiderantur hic & ibi, cui concluſioni ꝓ maiori addo alteram minorem ſed ibi impoſſibile eſt ut conſiderantur ut ſimplices uoces ergo & hic impoſſibile ut ſimplices uoces conſiderari methaphiſicus. n. 4. methaphi. 1. omnia conſiderat ut entia & non ut ſimplices uoces & ideo reſponſio illa quam dat ipſe genua in. 2. libro apologiæ ſectione tertia q̧ diuerſo modo conſiderantur iſta in logica & methaphiſica ergo non tractatus methaphiſicus uidetur q̧ falſa ſit eſt ratio per ſupra ſumptum modus diffiniendi eſt modus conſiderandi cum ergo eodem modo conſiderant. Totum igitur oppoſitum ſequitur ſcilicet q̧ ſit tractatus non diuerſus ab ipſa methaphiſica.

SEd aliquis poſſet negare nomen eſſe ſimplicius & uniuerſalius iſtis decem, ut in rei ueritate omnes alii tenẽt, dicunt enim quæ in hoc libro conſiderantur ſunt ſimpliciſſimæ uoces, & ideo præcedit omnes alios libros logices.

CLARIVS infra de ordine dicemus. Nunc tantum hanc refellere opinionem quum penitus a ueritate ſit ipſa remota contenti erimus. Pro quo ſummimus unum ex porphirio capite de differentia, ſpecies eſt compoſitior ipſo genere quoniam abundat differentia & habet aliquid quod non habet ipſum genus.

Sumimus alterum diffinitionem ipſius nominis. i. perihermenias cap. proprio eſt uox ſignificans aliquid ad placitum, Diffinitio uero ſubſtátiæ eſt uox ſignificans aliquid ad placitum & talem naturam ſcilicet quæ perſe poteſt exiſtere, Additur ergo ĩ diffinitione ſubſtátiæ aliquid ulterius magisq̃ in diffinitione nominis, compoſitius ergo ſubſtantiaq̃ nomen. Simplicius ergo nomen.

ET in poſt prædicamentis capite de priori. Illud eſt prius et ſimplicius a quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ſi eſt ſubſtátia eſt nomen & non econtra ſimplicius ergo nomen q̃ ſubſtantia & prius & uniuerſalius.

ET in ueritate nil poteſt dici ſimplicius in logica q̃ uox ſignificatiua ad placitũ ſignãs aliquid, non ergo aliquis (niſi inſani capitis foret) negare poterit nomen ſimplicius eſſe ipſa ſubſtantia & omnibus aliis rebus in prædicamentis conſideratis ut uoces aliquid ſignificantes & uniuerſalius atq; prius.

SEd iterũ pro hac opinione poſſet & aliquis dubitare hoc modo, Nomen uel eſt ens uel non, ſi ens, ergo uel unum prædicamentorum, quod non, uel ſub uno aliquorum prædicamentorum Ergo aliquod prædicamentorum eſt uniuerſalius nomine et uerbo.

AD quod clare reſpondetur ſumendo quæ ſupra probauimus modum conſiderandi eſſe formã dãtẽ eſſe ipſi arti. ſi ergo nomen & iſta decem, conſiderentur ut entia ſunt, ſic ſub ente erit, & nomen ſub aliquo decem ꝑdicamẽtorũ & ſic non ad logicum ſed ad methaphiſicum, ſi uero ut uoces ſignificãtes ad placitum ſic ad logicum. Cum ergo uniuerſalius hoc modo nomen merito uniuerſalius in logica erit nomen & non iſta decem.

RAtio ſua talis erat contra Antoniũ mirandulanum. Si iſta conſiderantur ut entia. Ergo methaphiſicalis, quoniam omne ens a, methaphiſico, ſi methaphiſicalis, ergo poſt naturalẽ, cum methaphiſicalia ſint magis ignota dat rationem cum ſenſus noſtros effugiat: merito ergo iſte liber poſt poneretur philoſophiæ naturali, quod eſt abſurdum. Neq; poſſet aliquis dicere q, præcedant iſta cognitione confuſa, quoniam tunc ignotum per ignotius. Nam cum hæc ſint confuſe cognita et per iſta cognoſceremus naturalia tunc procederemus petendo in principio ex ignoto ad ignotum ſecundo priorum cap. proprio,

ANtonius Mirandula ut reſpondeat huic rationi ſumit quædam fundamenta contra omnes expoſitores, & primum eſt hoc, diuidens ens in particularia entia & ſic ſubſtantiam poſtea in particulares ſubſtantias de quibus conſiderant aliæ artes. Sumit alterum res eo ordine quem habent apud naturam, & eo ordine habent et a, nobis addiſci, ſed ens et ſubſtantia ſunt nobis & natura priora. Ergo prius cognoſcenda Quod ſint nã priora manifeſtũ, Q d' uero ſint nobis priora qa uniuerſaliora dat rationem, qm̃ ad cognitionẽ inferioris requiritur & ſuperiores ſed non econtra, & illud eſt notius quod paucioribus indiget ut cognoſcatur; quã ergo prima philoſophia ſit de ente et ſubſtãtia priori, & notiori quo ad nos & quo ad naturam, merito ſequitur falſum eſſe. Dictũ Genuæ q; methaphyſica ſit de rebus ignotioribus ideo poſtponitur.

QVæ dicit iſte uir contra genuam meo quidem iudicio penitus falſa ſtultum. eſt. n. ſic de facili contra tantum uirum ita grauem ac ponderatum philoſophum aliquid enunciare dicimus itaq; uetiſſimum eſſe hoc q, ideo methaphyſica eſt poſt naturalem inordine doctrinæ quia eſt ignotior ipſa naturali, cum ſenſus noſtros effugiat. pro qua re declaranda, quamq̃ non multum ad propoſitũ ſit noſtrũ tamẽ propter huius uiri importunitatẽ aliqd et nos de hac re dicere non recuſabimus, tenemur enim q̃ maxime præceptoribus.

ET primo ſumimus unum ex ſecundo poſteriorum primo, quatuor eſſe quæſita. ſi ẽſimplex, an eſt compoſitum propter quid, & quid. Et hæc ordinari inter ſe neceſſario ita q, quæſitum ſi eſt inter alia debet prius cognoſci, non. n. poſſemus aliquo modo cognoſcere, ſi deus eſt æternus uel propter quid æternus niſi prius eſſe ipſius dei ſit cognitum & hoc dicebat ariſt. primo poſt ſecundo, omnis doctrina fit ex præexiſtenti cognitione eſſe, & quid nominis. i. quando uolumus habere doctrinã de requiſita ignota quo ad quia eſt, quæſitum compoſitum, oportet ꝑcognoſcere ipſam eſſe ſecundo, poſt primo., & quid ſuũ nomen ſignificat primo poſt. ſecũdo, non autem quid rei, quoniã quid nominis ut dicit Themiſtius ibi & ſecundo poſt. nono, eſt illud quod eſt principium omnis cognitionis, non quid rei, nam quid rei eſt quæſitum ſecundo poſterioꝝ primo, & nulli quæſito alteri, præcognitio, Et patet ad ſenſum niſi prius cognouerimus quid ſignificat hoc nomen deus, nunquam poſſumus cognoſcere utrũ deus ſit æternus nec quid ſit deus bene tamen an ſit deus an ſit æternus, & propter quid, non adhuc cognito quid ſit Et eſt ratio, nam quæſitum quid eſt quæſitum de ſubſtantia ad quod ordinantur omnia alia quæſita accidentium hæc. n. pri

mo

mo & principaliter de re ipſa cognoſcere nos intendimus, & ideo u'timum in cognitione concludimus ergo, q. eſſe rerum conſideratarum in arte, de quibus uolumus cognoſcere prædicata, neceſſario præaccipere debemus.

SVmimus alterum ex primo poſteriorum. 25. cap. de unitate ſcientiæ quatuor, ſunt conſiderata in arte, ſubiectum totale, ſpecies p ſe ſubiecti totalis, accidentia & principia per ſe utrorūq;, Quæ omnia debent eſſe per ſe, ná primo poſteriorum. 32. 5. phiſicorum. 6. 6. methaphi. 6. quod eſt per accidens excluditur ab arte: omnia ergo iſta quatuor conſiderantur in arte neceſſario quo ad prædicata ſubſtantialia per diffinitionem, & accidentalia eſſentialia per demonſtrationem, merito igitur in arte anteq̄ hæc prædicata de his demonſtrētur oportet prius illa præcognoſcere eſſe, Ex quo infero unum, Quod ſi methaphiſica eſt ſcía uel ars uel aliqua facultas, & in ipſa artificialiter res conſiderētur, oportet ut talis facultas omnia talia conſiderer. ſ. ſubiectum, ſpecies ſubiecti, principia, & accidentia eſſentialia eorum, & omnium iſtorum prædicata & ſubſtantialia per diffinitionem, & accidentalia eſſentialia, per demonſtrationem, quæ prius neceſſario debent præcognoſci eſſe, aliter impoſſibile eſt ut prædicata quæſita de eis cognoſcantur.

SVmimus alterum ex. 2. poſt. 33. com. eſſe quod præcognoſcitur de ſubiecto eſt eſſe exiſtentiæ, non eſſentiæ, nam. 3. de anima. 9. & 10. duplex eſt eſſe, eſſentiæ & exiſtentiæ Quod præcognoſcitur ante doctrinam ē exiſtentiæ loco dicto & primo topicorum cap. de accidente Auer. ex quo infero ergo methaphiſicus anteq̄ de iſtis ſua prædicata propria cognoſcat, neceſſario debere præcognoſcere eſſe antequam de eis habeatur doctrina.

SVmimus alterum ex. 3. de anima. 9. Illud eſſe exiſtentiæ eſt eſſe extra animam, formæ in materia, quod eſt eſſe ſingulare, primo cœli. 92. 95. eſſe ſenſatum, uel ipſum uel potius ſuum conſequens. i. accidens proprium uel opus, uel motus proprius & eſſentialis. & per hæc cognoſcimus illa primo, phiſicorum 1. & 3. nam omne ſenſatum cum materia, & ut in materia exiſtens. 2. de anima. 121.

SVmimus alterum ex. 6. methaphiſices. 2. Methaph. quicquid conſiderat, ſine materia, & ſine motu conſiderat abſtrahit a, materia, & motu: & ideo conſiderat in quantum ſunt entia, & ſine materia, & motu, ſi bene ſint cum materia & motu apud naturam, naturalis autem ſemper cum materia, & motu, & ſi ſine materia, & motu ſint res in ſui eſſentia, ſicuti primus motor in ſe ſine materia, & motu, tamen ut motor & ut cadit in conſideratione naturali non ſine materia, & motu: & ideo continetur ſub modo conſiderandi proprio naturalis.

EX quibus probamus dictum ipſius Genuæ per duas concluſiones Primo methaphiſicam difficiliorem. ſecundo poſt naturalem neceſſario ad diſcendam: quoniam de rebus inſenſibilibus.

PRimam ſic probamus: ſumendo unum ex 3. de anima. 30. natura dedit intellectui noſtro ut nil poſſit intelligere niſi prius ſit ſenſatum, fantaſiatū, unde quod prius & magis ſenſatum in ſingulari. 3. de anima. 9. Illius uniuerſale magis & prius intellectum. 30. textu. Et hoc dicebat Auer. 3. de anima. 36. prima principia quoniam fuerunt a, pueritia ſenſata, ideo a, pueritia intellecta, ut non recordemur quando euenerint, hoc dicebat Ariſto. 2. poſteriorum cap. ultimo de primis principiis quoniam prima principia omni ſenſu ſenſata in ſingularibns. Ideo eorum uniuerſalia & uniuerſales propoſitiones notiſſima omnibus, circa quæ nemo poſſet dubitare.

SVmimus alterum. 2. de anima. 121. omne ſenſibile exiſtens in materia, & Ideo ſenſibile, naturale materiale ſunt ſinonima, & ut ſinonimis fere ſemper utitur his Auer. Tunc arguimus quod abſtrahit a, materia, & motu abſtrahit a, ſenſibili, Sed methaphiſicus per ſupra ſumpta abſtrahit a, materia, & motu ergo abſtrahit a, ſenſibili, Cui concluſioni pro minori addamus alterum fundamentum pro maiori, omnis cognitio et facilitas cognoſcēdi in intellectu noſtro uenit a, ſenſu, ſed ut nunc probatum res methaphiſicales ſunt remotæ a, ſenſu inſenſibiles per ſe. Ergo ſunt difficilioris cognitionis, Quare Antonius Mirandula deuiat a, uero, cum dicat methaphiſicam eſſe de rebus notioribus, & prioribus apud nos, & apud naturá, Quod ſit de rebus prioribus apud naturam, uerum, & concedimus, q. autem ſit de rebus notioribus apud nos, falſiſſimum, & extat ratio Genuæ, quoniam ſenſus noſtros effugiant, Nec ratio ſua ualet, methaphiſica de uniuerſalioribus ergo notior. Non enim uniuerſale in quantum uniuerſale notius uel ignotius. Sed quando uniuerſale eſt magis ſenſatum ſuo particulari, quod continetur ſub illo primo phiſicorum quarto & quinto Auerrois. Et ſic ſoluitur contradictio inter quartum. & quintum textum primi

phiſicorum, in quarto enim dixit uniuerſaliora notiora, in quinto vero dixit ſpeciem eſſe magis notam ipſo genere, dixit enim diffinitum notius aliquo modo partibus, diffinitionis quod diffinitum eſt ſpecies, pars diffinitionis eſt genus.

ERGO ſpecies notior ipſo genere per quintum textum, genus autem notius per quartum textum, ſoluitur hoc modo, nam ſemper quod magis uniuerſale & compoſitum illud prius & magis ſenſatum in ſingulari ſuis partibus & ideo ſuum uniuerſale prius & magis notum ſuis partibus, quoniam ergo genus eſt quoddam totum reſpectu ſpecierum ideo notius per textum quartum quoniam iterum ſpecies eſt quoddam totũ:& continet illas duas partes.ſ.genus,& differentiam:ex qbus componitur illa ſpecies tanquam ex partibus.Ideo ſpecies notior ipſo genere,inquantum genus eſt pars ſpeciei, unde ſemper quod magis totum magis cadit ſub ſenſum & ideo magis notum.

ET ſi quæratur ex.3.de anima.ꝯ.uniuerſale nunq̃ eſt ſenſatum.intellectus.n. intelligit ipſum uniuerſale,ſenſus autem percipit ipſum ſingulare tantum, ergo nunq̃ uniuerſale ſenſatum,& nunq̃ quod ſenſatum eſt intellectum, Ad quod reſpondeamus clarisſime hoc modo, quicquid dicant alii,hanc propoſitionem ſic ſimpliciter prolatam eſſe falſisſimam,nũq̃ enim uniuerſale eſt ſenſatum,nec ſenſatum intellectum ſed debet intelligi hoc modo,quod eſt ſenſatum illud eſt intellectum.i.quod prius eſt ſenſatum in ſingulari illius uniuerſale eſt prius intellectum in uniuerſali uerbi gratia ſi quæramus quid ſit magis notum animal, uel homo,debemus reſpondere, non quod eſt magis uniuerſale,uel minus uniuerſale ſed debemus reſpondere hoc modo.Illud eſt magis notum intellectui noſtro,quod eſt magis & prius ſenſatum ſenſui, & tunc reſpondebimus per cauſam propriam,nam.3.de anima.30.ſenſatum eſt cauſa propria, inſtrumentaliter tamen,qua intelligit intellectus. Cuius ergo ſingulare eſt magis notum ſenſui, & prius, illius uniuerſale eſt magis notum intellectui,& prius. Exemplum,ſi uideamus aliquid alonge. Primo uidemus illud & rem illam ſingularem moueri & ideo cognoſcimus illud intellectu in quantum animal,poſtea uidemus oculis q, recte ambulet. Ergo cadit ſub ſenſu in quantum ſingulare hominis, Ideo illud cadit in intellectu in uniuerſali in quantum homo, Ratio igitur cognoſcendi non eſt magis uel minus uniuerſale ſed ipſum eſſe magis uel minus,prius & poſterius ſenſatum.

VNde methaphiſicalia cum ſint remota a materia, & motu, neceſſario inſenſata, & ideo difficiliora: Valet autem in naturalibus illa regula primo phiſicorum quarto, quanto magis uniuerſale, tanto magis cognitum, quoniam naturalis conſiderat res ſenſibiles, Et quanto magis uniuerſales tanto ſua ſingularia ſub illo uniuerſali magis ſenſata. Et ideo, illius uniuerſale magis intellectum & ad hæc non peruenit Mirandula,parcat mihi tantus uir.

PRæterea errat cum dicat, ſubſtantiam eſſe de rebus prioribus etiam apud nos, cum contradicat Ariſtoteli ſecundo de anima.65. ſubſtantia non per ſe ſentitur niſi ratione accidentium Ergo non primo & per ſe cognoſcitur apud nos & p ĩtellectu noſtro,iſ apud naturam. conſequentia eſt clara per dicta & ſumpta ſupra ex.3.de anima.30.Illud intelligit intellectus, quod primo ſentit ſenſus, ſed non ſentit per ſe ſubſtantiam ſenſus: ergo nec intelligit intellectus.

PRæterea errat uir iſte excellentiſſimus; dando rationem Quare uniuerſalia magis nota nobis, dicens hanc eſſe cauſam, quoniam ad cognitionem inferioris requiritur & ſuperioris; non autem econtra, Ex hoc clarisiſime perſpicitur, Quod ipſe non intelligat quid ſit magis & prius notum nobis: & quare aliquid ſit magis Et prius notum nobis: non.n. quia unũ facit ad cognitionem alterius, & non e contra ideo magis uel prius notum nobis, uel ignotum; ſed per rationem ſupra dictam ex Ariſtotele ſumptam locis dictis quia magis uel minus ſenſatum.

PRæterea Clarisſime errat, & non intelligit illam regulam, quam ipſe ſumit ex poſt prædicamentis capit.de priori.quinto Methaphiſicæ: eodem capitulo. Illa enim regula ualet in ordine doctrinæ; Itaq, illud, quod eſt neceſſarium ad cognitionem alterius, prius debet cognoſci; & non e contra: non autem ſequitur, ut magis cognoſcatur, Quare male improbas doctisſime uir hunc noſtrum huius academiæ Patauinæ grauiſſimum philoſophum.

SEcundam uero concluſionem, ſcilicet methaphiſicam poſt, naturalem eſſe in ordine dico doctrinæ,non autem perfectionis facillime probamus, memorando ſupra ſumpta

pta fundamenta, Primus. ſ. omnem doctrinam fieri ex præexiſtenti cognitione, eſſe rerum conſideratarum uel ſumere tanq̃ manifeſtum uel probatum in altera arte primo poſteriorum. 64. cap. 25. Quod eſſe, eſt eſſe exiſtentiæ per alterum fundamentum. Quod eſſe exiſtentiæ eſt, eſſe formæ in materia, & materiale ſenſatum, ſi non per ſe, tamen per eſſentialia conſequentia, per alterum fundamentum a, quo abſtrahit methaphiſicus per Alterum ſumptum.

EX quibus Arguimus Probando Alteram concluſionem, Quicquid conſideratur in arte, debet contineri ſub modo conſiderandi illius artis primo poſteriorum. 178. commen. & cap. 27. 28. 2. phiſicorum. 17. 18. com. Sed eſſe exiſtentiæ, eſt eſſe extra animam in materia. 2. poſteriorum. 33. primo topicorum cap. de accidenti Auerr. ergo quæſitum de eſſe rerum conſideratarum a, methaphiſico, non poteſt quæri a, methaphiſico, q̃m modus conſiderãdi res ſuas ẽ, ut ſunt ſine materia, & motu, Quoniam ergo omnis ars, & ſcientia, atq; doctrina oportet ſumere eſſe rerum conſideratarum primo poſteriorum. 2. & 25. cap. uel tanquã notas, uel ab alia arte probatas ante doctrinam earum rerum, Hæc autem methaphiſicalia cũ ſint inſenſata, ſunt ignota, & ideo oportet accipere ea, probata ab alio artifice prius, qui artifex non poteſt, eſſe niſi naturalis. hoc enim quæſitum eſt ꝓprium ipſi naturali. Neceſſario igitur naturalis præcedit methaphiſicum, cum methaphiſicalia ſint inſenſata. quorum eſſe oportet, prius præaccipere ante eorum cognitionem, Et hoc dicebat Auer. 8. phiſicorum com. 3. methaphiſicus ſumit pro conſtanti a, naturali intelligentias abſtractas. eſſe.

SEd aliquis dubitare poſſet. Eſſe intelligentiarum, & maxime dei eſt eſſe ſine materia. Ergo quæſitum non eſt naturale, per ſumpta ſupra. Ad quod dicamus q. duplex eſt eſſe, 3. de anima. 9. eſſentiæ & exiſtentiæ. Intelligentiæ in eſſentia ſua perſe ſunt ſine materia, tamẽ non exiſtunt, extra animam ſine materia unaqueq; enim intelligentiarum exiſtit extra animam alicui orbi, & in corpore & materia neceſſario. Deus. n. & intelligentiæ ſunt motores & ſic in quantũ motores neceſſario cũ mobili, quãuis tñ in eſſentia ſua poſſunt exiſtere ſine materia, & ſic & eo modo non a nãli.

NEq; aliquis obiiciat, q. in. 8. phiſicorum naturalis probet Deum eſſe ſine materia ex motu æterno, Aliud. n. eſt probare eſſe & poſſe exiſtere aliquid ſine materia de ſe, & aliud eſt conſiderare prædicata eius, ut exiſtit ſine materia in eſſe eſſentiæ. Primum enim a naturali quoniam & medium neceſſario naturalẽ, & quæſitum naturale reſpectum. n. habet ad materiam, Aliud autem methaphiſicum neceſſario, per ſumpta ſupra.

ET ſubdit iterum Auer. quoniam nullam habet aliam uiam ad probandum eſſe rerum conſideratarum a, methaphiſica, q̃ uiam naturale. ſ. uiam motus æterni. Ergo naturalis præcedit methaphiſicum, primo probamus antecedens. 2. conſequentiam.

PRobamus antecedens, & ſumimus unum ex. 2. poſteriorum primo. 4. ſunt quæſita, eſſe ſimplex, eſſe compoſitum, propter quid, & quid. Eſſe ſimplex & compoſitum habetur per demonſtrationem quia, Propter quid uero quæſitum per demonſtrationem propter quid, unde a fine ſuo ꝑp quid dicitur, Quid autem habetur per diffinitionem, Licet per demonſtrationem ſimpliciter abſoluatur eſſe & propter quid ſimul, Tamen principia nullo modo poſſunt demonſtrari eſſe niſi demonſtratione quia a, poſteriori, quoniam ſi per aliud principium probaretur principium Tunc eſſet principium, & non principium, demonſtratio ergo quia eſt illa, per quam probamus eſſe exiſtentiæ primorum principiorum. 1. phiſicorum. 2.

SVmimus alterum ex primo poſteriorum. 30. cap. com. 96. medium demonſtrationis quia a, poſteriori debere eſſe ſenſatum, & in ductione ſenſata notum ad ſenſum.

SVmimus alterum ſumptũ ſupra, omne ſenſatum materiale cum materia & cũ motu.

SVmimus alterum ſumptum & probatum ſupra methaphiſicum abſtrahere ab omni materia & motu & ideo ab omni ſenſu.

EX quibus arguimus, Medium demonſtrationis, quia (per ſumptum) debet eſſe ſenſatũ, methaphiſicus (ꝑ alteꝝ ſumptũ) abſtrahit ab omni ſenſato. Ergo methaphiſicus non poteſt uti aliquo modo demonſtratione quia, ſimiliter nec demonſtratione ſimpliciter, demonſtratio n. ſimpliciter. 1. poſt. 12. commẽ: procedit ex notis nobis. & naturæ, quod notum nobis per ſumpta ſupra eſt illud quod eſt ſenſatũ a quo abſtrahit ipſe methaphiſicus Habemus igitur methaphiſicũ non poſſe uti demonſtratione qa, Tũc ultra qui non poteſt uti demonſtratione quia non poteſt ꝓbare eſſe exiſtẽtiæ, metha. huiuſmodi. Ergo methaphiſicus non poteſt probare eſſe exiſtẽtiæ ſuarũ rerũ. Naturalis aũt q̃m conſiderat cum mã & motu. Ideo hẽt mediũ ſenſatũ, unde poteſt

ipſe uti demonſtratione, quia ad probandum eſſe exiſtentiæ iſtarum rerum cuius enim medium eſt illius eſt ratio, medium eſt naturale Ergo & ratio.

SEd ſtatim aliquis obiiceret cum Scoto, non ne in methaphiſica arguimus ſi potẽtia eſt ergo mã. ſi datur indepẽdens ergo prima cauſa, quæ argumenta ſumunt mediũ poſterius & neceſſarium ergo demonſtrationes quia. 1. poſt. 30. Ergo methaphiſica utitur demonſtratione quia, facilis eſt reſponſio per ſumpta ſumendo fundamentũ hoc mediũ demonſtrationis quia debere eſſe, ſenſatam & notam inductione ſenſata. 1. poſt. 30. Quoniam igitur talia media ſunt inſenſata. ſ. ſi potentia ergo materia, & ſi datur indepẽdẽs. Ideo non ſunt uere demonſtrationes qa, q, uero ſint huiuſmodi, ſignum clarum, nam ſi aliquis negabit dari potentiam quomodo probabimus niſi medio naturali. ſ. datur generatio & corruptio ergo datur potentia, & ſimiliter ſi negabitur dari cauſam in dependentem non niſi per uiá motus poſſumus probare & medio naturali Tunc arguimus ex. 1. poſt. 5. & cap. de uniuerſali. com. 36. & 5. phiſicorum. 1. quod per aliud tale per accidens tale, cum ergo talia media inferunt uirtute medii naturalis ergo non pſe, uere igitur demonſtrationes quia ſunt in arte naturali cũ aũt ĩ methaphiſica p aliud & uirtute alterius ergo p accñs oẽs ille demonſtrationes non ergo dmonſtrationes dici dñt Et Ideo uocat Auer. rationes iſtas inſufficientes, ſolũ aũt naturales per ſe ſufficientes eſſe.

ARguitur alia ratione, artiſex ſi habet medium ſuum proprium non debet ipſum dimittere & ſumere alienum, ſed Ariſtoteles, in probando eẽ iſtarum rerum ſumpſit medium naturale & non methaphiſicum, ergo ſignum eſt q. methaphiſicus non habeat tale medium ad probandum eſſe exiſtentie ſuarum rerum, & hoc dicebat Auer. 12. methaphi. 5. & 6. 8. phiſicorum. 3. Quod autem hoc ſit uerum, Non ſolum Ariſtoteles in philoſophia naturali ſed etiam in methaphiſica probando exiſtentiam harum rerum, utitur medio naturali. 8. methaphiſices. 12. 12. methaphiſices. 10 & 14. generatio fecit cognoſcere materiam & contraria in rebus, in 20. 12. & 6. ad nonũ eſſe principiorum medio naturali. ſ. per traſmutationem inter contraria a. 19. infra, incepit probare entia abſtracta eſſe medio naturali. ſ. motu eterno, Quod uero hæc ſint media naturalia non methaphiſicalia, probamus ex. 6. methaphiſices. 1. quæ cum materia & motu naturali, Tunc arguamus ratione ſupra dicta, cuius medium illius eſt ratio, ſed mediũ earum rationum eſt motus & tráſmutatio quod naturale per ſumptum ergo & ratio vt naturalis igitur probat hec omnia Ari. ſignum eſt quoniam ut methaphiſicus non poterat.

RAtio talis erat, Naturalis probat eſſe rerum methaphiſicalium, ergo naturalis præcedit methaphiſicum, Probauimus antecedens Nunc probamus conſequentiam, & ſumimus unum ex primo poſt. 2. & 25. eſſe exiſtentiæ præcognoſcitur ante doctrinam neceſſario, ſed naturalis ut probatum præcognoſcit eſſe exiſtentiæ rerum methaphiſicalium, ergo naturalis neceſſario præcedit methaphiſicum.

SEd contingit dubitare, eſſe exiſtentiæ, ſubiecti & rerum conſideratarum in arte p̃cognoſcitur in prohemio. 3. rethoricorum ca. de prohemio, in p̃hemio inueniuntur res docende in tractatu, non ergo naturalis præcognoſcit eſſe rerum conſideratarum a, methaphiſica.

REſponſio eſt clara, ſumendo unum ex. 2. poſteriorum. 33. com. aliud eſt quod præcognoſcitur & aliud quod demonſtratur, quádo præcognoſcimus aliquid tanq̃ notum uel ſumitur tanquam notum uel probatum in altera arte hoc poteſt fieri de ſubiecto in arte propria. 1. poſt. 2. 25. probare uero uel demonſtrare ſi eſt ignotum hoc non poteſt fieri amplius in arte propria locis dictis. Cum ergo res methaphiſicales ſint ignote ut probatum. Ideo ſumit methaphiſicus non probat, ars autem naturalis probat.

QVoniam ergo methaphiſica abſtracta a, rebus ſenſatis, nec habens medium demonſtrationis quia ad probandum eſſe exiſtentiæ ſuarum rerum Ideo eam præcedit naturalis, vera igitur eſt Ratio Genuæ, quia methaphiſica de rebus quæ fugiunt noſtros ſenſus Ideo poſtponitur naturali.

VNde debemus notare quantum Ariſtoteles ſuperauit ſuum præceptorem Platonem in ordine & artificio, Præpoſuit enim Ariſtotiles naturalia propter cauſam quam ſupra probauimus, Plato autem poſtpoſuit, quod quantum ſit inartificialiter factum rationes ſupra facte demonſtrant.

PAtet etiam quantum aberrant, Moderni quidam Scotiſte, increpantes Ariſt. q. ſemper uſus fuerit ad hæc omnia probanda uia naturali, dicentes Ariſto. non uti, quoniam neſcit alias, & Ideo dicunt Platonem meliorem

fuiſſe

ſuiſſe methaphiſicum quam Ariſtoti. Ariſtotelem autē perfectiorē philoſophum naturalē, o quā uanum iudiciū immo dicimus q, ſi aliter feciſſet Ariſtoteles nō Ariſtotelem fuiſſe iudicaremus: cum in artificialiter feciſſet, ſicut & Plato fecit, & ideo ſi mirandus in omnibus fuit Ariſto. magis tamen diuinus q̄ humanus in artificio tenendus: Ad quod nullus adhuc peruenit.

SEd aliquis contra hæc argueret, ſi naturalis conſiderat eſſe exiſtentiæ rerum methaphiſicalium, Ergo cōſiderabit res alterius artis, qđ non eſt opus artificis. 1. poſt. 55. com.

POſſumus dicere ex. 1. poſt. 2. Præcognitio ē añ doctrinā, cū ergo iſta eſt p̄cognitio ergo pōt fieri añ doctrinā rerū methaphiſicaliū et quod in alia arte ſumere tanq̄ manifeſtum hanc recordor fuiſſe reſponſionem mei præceptoris balduini cuius anima qeſcat & quāuis eam improbare non audeo quum claram fugam eſſe appareat et multa etiam ſequantur inconuenientia

SEd poſſumus fortaſſe melius reſpondere non recedendo ex noſtris ſumptis. ſ. eē exiſtētiæ rerum conſiderararum aliaꝝ facultatū eſt proprium quæſitū artis naturalis cum habeat reſpectum ad materiam ut probatum ſupra et ſic negamus q, conſiderat res alterius artis

NEque obſtat & ſi naturalis facultas non ſolum eſſe exiſtētiæ inueniat iſtarum rerū ſed etiā diffiniat ſicuti clare uidemus feciſſe ī primo phiſicorū non ſolum inuenit ſed etiā diffiniuit. 82. materiam primam, ſic etiam in. 8. phiſicorum inuenit & diffiniuit primum motorem. Ad hoc enim. Reſpondet Auerroes. 2. methaphi. 5. &. 6. q, naturalis inuenit & diffiniuit ea, modo ſuo ut ſunt cum motu & cum materia, methaphiſicus autem accipit illa pro conſtanti a, naturali & diffinit ut abſtracta a materia & motu inquantum entia, ſub modo ſuo proprio methaphiſicali: & ſic egit de materia prima. 7. methaphiſices. 8 materia eſt illa quæ eſt in potentia ad omnes formas, ad omnia prædicamenta nullum eorum actu in. 12. methaphiſices deum ipſum ut primam formam primum finem, q, ſit unus.

NEc ualet ratio Scoti, motus non continet nec actu nec uirtute primum motorem, Ergo non poteſt eſſe medium ad inueniendum primum motorem.

ASſuetis peripateticæ doctrinæ & maxime Auerrois facilis ē reſponſio ſumendo unū ex Auer: primo poſteriorum 8 11 pri. phiſicorum 6. principium & medium duplex eſt; quoddā eēndi & cognitionis ſicuti natura in philoſophia naturali, quoddam autem cognitionis tantum ſicuti effectus & accidens proprium & eſt cauſa cognitionis ipſius principii non autem eſſendi & cognitionis. Quam etiam dedit nobis Ariſto. primo phiſicorum 2. 3. de anima 27. ſicuti eſt motus cum motore æterno quantūs non cauſa eſſendi tamen cauſa cognitionis. Et ſemper medium demonſtrationis quia ab effectu eſt cauſa cognitionis tantum non autem eſſe primo poſteriorum 8. & 95. com. Motus ergo æternus eſt uera cauſa motoris æterni dico cognitionis quantūs non eſſe, Sed malum logicum aliquid tunc inſpicere poſſe deſperandum.

NEq; etiam ſequitur illud, q, ſi probaret eſſe exiſtentiæ rerum metaphiſicalium ſubalternaretur ipſi methaphiſice, nam primo poſteriorum 30. cap. ars inferior dat eſſe ſuperior dat propter quid ſi ergo naturalis dat eſſe rerum methaphiſicaliū ergo ſubalternaretur primæ philoſophiæ. Primo dicimus philoſophiam naturalem non ſubalternari methaphiſice, Et ſumimus unum ex pri. poſt. 30. capite, artes quæ ſubalternantur ad inuicem, habent iſtas conditiones, prima ut una ſit tanquam ſpecies. ſ. ſubalternata altera ſubalternans tanq̄ Genus. Secunda conditio ut utreq; ſint uniuoce. i. non differant in modo conſiderandi & re eſſentiali ſed ſolum in re accidētali Tertia pri. poſteriorū. 55. com. ut ſumant eaſdem præmiſſas ad probandum aliquod quæſitū methaphiſica uero. & naturalis. 6. methaph. 2. differunt in modo conſiderandi, nec ſumunt eandem præmiſſam nec poſſunt habere idem quæſitum, & ideo naturalis non ſubalternatur methaphiſice.

AD rationem facile eſt reſpondere cum Ariſtotele. 1. poſteriorum. 30. capite, non ſolum quia & propter quid differunt in eadem ſcientia ſed in diuerſis, nec ſolum in diuerſis quæ ſunt ſubalternate ſed etiam ut concludit in ultimo capituli etiā in ſcientiis non ſubalternis dat exemplum, ſicuti de uulnere circulari phiſicus dat qa. mathematicus dat propter quid, non igitur ſemper quæ dat qa ſubalternatur ſcientiæ quæ dat propter quid, ſi igitur naturalis dat quia ipſi methaphiſicæ nō ſeqtur pp hoc ut ſit ſubalterna ipſi methaphiſice. Et hæc ē reſponſio Au. 1. poſt. 100.

COncludimus ergo q, per hanc rationem quam aſſignauit Genua ſub ſuis breuiſſimis uerbis, quoniam methaphiſica eſt de rebus quæ fugiunt ſenſus noſtros ideo ſue uiæ omnes ſunt in ſufficientes ad probandum eſſe

earum rerum & ideo naturalis neceſſario pre
cedit methaphiſicum.

NEc ualet ratio mirandulæ qua probat me
thaphiſicam debere præcedere, Ratio.n.
ſua talis erat, Res ſicuti ſunt ſic debent cogno
ſci, & eo ordine, ſed methaphiſicalia apud natu
ram ſunt priora per diuiſionem ſuam, ergo
debent præcedere. Pro reſponſione clara,
primo ſumimus illam maiorem habere duas
partes, Res ſicuti ſunt ſic debent cognoſci, hoc
eſt uerum ex primo poſteriorum. 1. 2. poſter.
9 4. 2. methaphi. 4. in poſt prædicamentis ca.
de priori. Scientia uera rei inſequitur opus
naturæ. Non autem ualet de ordine, Et eſt ra
tio ſumpta ex. 5. methaphiſices. 1. ordo. n. do
ctrinæ non ſumitur ſemper ab eo quod eſt
notius, Quoniam ergo ut probatum natura-
lia ſunt notiora ergo præcedere debent potius
naturalia per hanc rationem & quan uis me
thaphiſicalia ſint uniuerſaliora, non ſequitur
propter hoc ut ſint noticra, & probauimus
hoc ſupra. Hæc tamen pauca diximus de
hac re propter importunitatem aliorum quá
uis non multum ſit ad noſtrum propoſitum.

NOs autem ipſi Genuæ concederemus
omnia. ſ. librum iſtum poſt naturalem ſi
ſit methaphiſicalis, Non tamen ualet ratio ſua
q non poſſit præcedere cognitione confuſa,
qa tunc eſſet declaratio ignoti p ignotius &
ſic eſſet petitio in principio, dicimus hoc non
ualere, omnis enim doctrina primo poſterio
rum primo. ſit ex præexiſtenti cognitione eſ-
ſe & quid nominis, quæ cognitio neceſſario
eſt confuſa non diſtincta cum ſit præcognitio
dirigens ad ueritatem non agens primo po-
ſteriorum primo com. in principio epito. logi
ca, Auer. quæ præcognitio eſt confuſa neceſſa
rio non diſtincta, & eſt ratio, quoniam ſi om
nis doctrina ſit ex præexiſtenti cognitione. i.
ſi omnis doctrina diſtincta rei habetur ex ali
qua præexiſtenti cognitione illius, tunc illa
præcognitio præcedens rei (non dico præmiſ
ſarum) non poterit eſſe diſtincta, Quoniam
tunc cognoſceretur & eſſet nota prius perfe-
cte & diſtincte & ignota ſimul, ignota inquan
tum quæritur, nam quæſitum eſt illud quod
eſt ignotum naturaliter. 2. poſteriorum pri-
mo, & etiam cognita in quantum dicis illam
præcognitionem eſſe diſtinctam & ſic conce-
deretur aliquid abhominabile, Ad quod fu-
giendum oportet dicere præcognitionem il-
lam quid nominis & eſſe ante cognitionem
& doctrinam rei diſtinctam, confuſam eſſe, q
præcedit neceſſario, nec poteſt haberi doctri-
na diſtincta. 1. poſt. loco dicto niſi per illá pri
us. Sic igitur nos dicimus poſſibile eſſe q
liber prædicamentorum præcedat naturalé
philoſophiam cognitione confuſa, ſolúmodo
habendo de illis rebus quæ traduntur in li-
bro prædicamentorum præcognitionem cō-
fuſam ſcilicet quid nomina ſignificant & eſſe
& non diſtinctam, quoniam diſtincta in me-
thaphiſica, ſic reſponderem rationi genuæ, ex
regulis libri poſteriorum.

COnfirmamus hoc per Auerro. in ultimo
expoſitionis porphirii dicit omnia illa
tradita a porphirio eſſe declarationes nomi-
nis, & eſſe introductorium atq; præcedere to
tam logicam doctrina tamen eorum diſtincta
neceſſario habetur in libris topicorum, Qua
re ſimili modo poſſumus dicere librum præ
dicamentorum eſſe cum naturali philoſophia

ITerum alteram rationem iſtorum ſoluere
nec erit difficile, Ratio eorum talis eſt, &
pro ratione ſumunt unum, non poſſe aliqd a-
diſci niſi prius cognouerimus ſimplices eius p
tes. ſumunt alterum nomen ipſum habere ſim
plices ptes & ſunt decé pdicaménta, q ſunt de-
cē ſimplices uoces res ſimplices ſignántes, Tūc
arguitur per eos non poteſt aliquid adiſci ni
ſi prius eius ſimplices partes adiſcantur ſed
nomen cognitum in libro perihermenias ha
bet ſimplices partes quæ ſunt decem illæ ſim
plices uoces, Ergo oportet antequam tracte-
tur de nomine, fieri tractatum in quo tracte-
tur de decem illis ſimplicibus uocibus qui trá
ctatus non poterit eſſe alius quam liber præ-
dicamentorum merito igitur datur liber præ
dicamétorū, et ī eo cōtractatur ſimplices illæ
uoces. Simplices ergo uoces ſunt ſubiectū in li
bro prædicamétorū.

HVic rationi iam reſponſum eſt, negando
ſecundum fundamentum. ſ. ille decem uo
ces eſſe partes nominis ipſo nomine ſimplicio
res, & ſi ſunt partes nominis diximus q. ueni-
ant ut ſpecies & compoſitiores, non autem
uniuerſaliores ac ſimpliciores. Signum
eſt ipſe met Ariſto. capit. 2. periher: dicit par-
tes nominis & uerbi nihil ſignificant. Qua-
re non dantur aliquæ uoces quæ ſint par-
tes nominis ſimplices aliquid ſignifican-
tes.

Opinio Madii & Iacomelli.

ALTERA opinio eſt, quam recitat An
tonius mirandula in libro tertio apolog.
ſectione prima, uicentii madii quæ eadé eſt
& Iacobi Iacomelli Romani, In ſecūdo tracta
tu ſui opuſculi capite primo uiri quidem fa-
moſiſſimi

moſiſſimi per totum terrarũ orbẽ. & certe non immerito. Dicũt enim in prædicamentis tractatur illa decẽ ut ſint apparatus ad ꝓpoſitiones. v. g. q. prima ſubſtantia non prædicatum, ſed ſubiectum in propoſitione, ſecunda uero ſubſtantia prædicatum non ſubiectum reſpectu primæ. Et ſic longam faciunt inductionem reducendo textus Ariſto. in prædicamẽtis ad ſuum propoſitum, uolunt ergo iſti uiri doctiſſimi tractari ut ſubiecta et prædicata, propoſitionum.

ISTam opinionem clariſſimæ a, ueritate remotam iudicamus, parcãt mihi tanti uiri, uel enim uerũ dicam, uel Auerrois doctrina me faciet errare quod non credo, nullam enim ſic tutiſſimam doctrinam iudicamus, rationes enim Auerrois & fundamenta quibus ſuam perſuadet opinionem undiq; ſecuriſſimæ apparent & infrangibiles, ſolus enim intima cordis Ariſtotelis cognouit. Primo igitur arguimus ſicuti arguit Aue. contra alphabium pri. poſteriorum in prologo. Probando q. dare differentias ultimas inſtrumentorum non pertineat ad logicum, quoniam logicus non cognoſcit ſingularia inſtrumentorum. v. g. talem uel talem demonſtrationem, neq; dat conditiones horum niſi in communi. Non aũt eſt logicus qui dicit tali demonſtratione utitur methaphiſicus et tali naturalis, Sed ſunt artes propriæ quædant differentias proprias inſtrumentorũ & appropriant ſibi ipſis. Et eſt ratio quoniam ut patet inductione logicus conſiderat de demonſtratione & ſic de conditionibus inſtrumentorum in communi, non aũt conſiderat diffinitionem niſi inquantum diffinitio eſt, non uero conſiderat diffinitionem naturalẽ uel methaphiſicam quomodo debeant tales eſſe diffinitiones. ſ. q. naturalis 2. phiſi. 17. 6. methaphi. 2. cum motu & materia metaphiſicus loco dicto ſine motu & materia ſed in quantum entia ſunt, & abſtracta. Et eſt ratio quoniam qui tribuit inſtrumentum alicui arti oportet ut cognoſcat res artis nam primo ethicorum 2. qualis materia tale debet eſſe inſtrumentum, quod dicebat Ariſt. 2. methaphi. 14. & de his, ante quá habeamus ſcientiam, oportet eſſe eruditos atq; peritos primo de partibus primo. Quæ peritia eſt inſtrumenti illius artis & ſcientiæ, ars ergo cum ipſa cognoſcat res ſuas, poteſt ſibi applicare propria ſibi inſtrumenta quales ſunt res cognoſcendæ in arte, dicimus ergo q. logicus in quantum logicus non cognoſcit inſtrumenta & conditiones inſtrumentorum niſi in communi. v. g. quid ſillogiſmus, quid demonſtratio in communi & quæ ſpecies eorũ tantum & qũo differant inter ſe, ſic dicimus logicũ ipſum non poſſe conſiderare niſi prædicatum & ſpecies prædicati in uniuerſali, ſcilicet quid ſit prædicatum in communi et quæ ſint ſpecies prædicatorum. ſ. q. aliud naturale aliud artificiale, aliud per ſe aliud per accidens aliud in quid aliud in quale, quæ autem ſunt iſta prædicata non poteſt ipſe logicus cognoſcere uel ſubiecta non. n. ipſa logica inquantum ipſa eſt poteſt cognoſcere naturas rerum ipſarum artium, ſic & Ariſtoteles, tradidit cognitionem nominis uerbi, quæ ſunt partes orationis quæ autem ſunt iſta ſingularia nomina & uerba non poterat ut logicus perquirere ſic igitur de nomine Ariſto. & ſpeciebus nominum de ſillogiſmo & eius ſpeciebus nobis in logica cognitionem tradidit qui aũt ſunt proprii ſillogiſmi & demonſtrationes faciendæ in aliis artibus & ſcientiis & quomodo demõſtrat phiſicus, per cauſas, et qũo diffinit non amplius eius eſt negocium, cauſa eſt quá diximus quũ non cognoſcat ipſe naturas rerum artium. Merito igitur & Ariſt. cum tradat nobis de terminis cognitionẽ de prædicato & ſubiecto deq; eorum ſpeciebus. ſ. per ſe & per accidens, non poteſt amplius ſe ĩmiſcere & conſiderare atq; numerare accipiendo terminos artium & aliarum facultatum & dicere hoc eſt ſubiectum ſcilicet ſubſtantia prima hoc eſt prædicatum. ſ. ſecunda ſubſtantia. Quomodo. n. logicus ut logicus poteſt cognoſcere quid ſit prima ſubſtantia quid ue ſecunda? Et ideo dicimus q. neq; ipſe inquantum logicus poteſt cognoſcere nec ſi ſubiectum neq; ſi prædicatum ſit cum eorum naturam cognoſcere nequeat. Et eſt ratio quoniam una ars primo poſteriorum 178. commen. & capi. de unitate ſcientiæ, conſiderat ſubiectum totale & ſpecies eius per ſe. Quoniam ergo de ente in methaphiſica 4. methaphi. pri. quod eſt ſubiectum totale, merito & ipſe methaphiſicus eſt qui ſpecies entis cognoſcet quæ ſunt decem prædicamenta. ſ. ſubſtantiam & nouem alia accidentia. Quum ergo artes ſint in permixtæ primo poſteriorum 20. cap. merito igitur logicus non poterit cognoſcere res methaphiſicales ſcilicet ſubſtantiam inquantum ſubſtantia, & naturam eius, ergo nec poteſt cognoſcere ſi ſubiectũ

uel ſubiecta, non.n.ad hoc deſcendit logicus
ut probatum cum iſta ſint primo intellecta,
Vnde iterum patet. Error Reuer. Iacomelli
ait enim hæc a logico poſse conſiderari.

ITerum arguimus ſicuti arguit Auer. in ul
timo expoſitionis porphi. probando q, li-
ber porphirii non ſit neceſsarius. Quoniam
illa quinq; uel conſiderãtur ut prædicata de
monſtrabilia. 1. per ſe prædicata uel non de
monſtrabilia & ſic per accidẽs prædicata, de
huiuſmodi prædicatis Ariſto. tradidit regu-
las in libro poſt. Vel ut ſunt prædicata topi-
ca probabilia. 1. inquid uel in quale primo to
picorum. 4. Et ſic de huiuſmodi prædicatis
Ariſtoteles peregit in libris topicorum, non
ergo neceſſarius liber porphi. Sic & nos dici-
mus, ſi iſta conſiderantur ut ſubiecta uel præ
dicata, uel ut dmonſtrabilia & ſic ĩ libro poſt.
uel ut probabilia & ſic in libro topicorũ, de
apparatu igitur terminorum propoſitionis
demonſtratiue in libro poſteriorum ibi .n.
dantur conditiones, ſic de apparatu propo-
ſitionis topicæ in libro topicorum non ergo
neceſſarius liber predicamentorum qui agat
de apparatu prædicati & ſubiecti ad propo-
ſitiones.

PRæterea Arguitur, ſi iſta decem conſide-
rantur ut prædicata & ſubiecta, non niſi
ut p̃dicata in quid uel in quale, ſic enim Ari.
in primo topicorum, oportet ergo ut prius
cognoſcamus quid ſit prædicatum in quid
uel in quale quæ ſunt problematica prædi-
cata quatuor de quibus in lib. 1. topicorũ c. 4.
uel ergo dicendum q, iſta conſiderantur ut ta
lia, & ſpecies prædicatorum in quid uel in
quale & ſic in libro topicorum, Vel ſi dixeri-
mus ut dicunt iſti q, liber prædicamentorũ
præcedat librum periher. ſequerẽtur ex hoc,
quoniam illa quatuor problematica p̃dica-
ta debent precedere in cognitione, q, liber
topicorum præcedat & librum prædicamen
torum & periher, & priorum & omnes alios
libros logices per ipſos quod abſurdiſsimũ
& contra Auer. primo poſt. in prologo, &
contra Ariſt. 1. priorum cap. 5. prius de ſillo
giſmo & poſtea de aliis ſpeciebus uel di-
cendum, librum Porphirii eſse illum librum
qui declarat hæc prædicata problematica
ante eorum cognitionem; & ſic ſequeretur
q, liber Porphirii ſit neceſſarius in logica,
quod & ipſe met negat Porphirius. cap. 1. &
diminutus fuiſſet Ariſto. Igitur iſta ſi conſi
derentur ut prędicata in quid uel in qualia
oportet precognoſcere quæ ſunt prædica-
ta in quid uel in quale, quod non fecit niſi
in libris topicorum & ſic liber topicorum
præcederet ne igitur ad hoc incurramus in-
conueniens oportet neceſſario, negare iſta ut
prædicata & ſubiecta conſiderari. Et ſi quis
dicat ut Iacomellus dicit q, in libro topico-
rum cap. 7. conſiderantur ut prædicata. Ad
hoc clarius infra, pro nunc tamen dicimus il
la conſiderari exemplificatiue, hoc modo, di
xit enim Ariſto. quædam eſſe prædicata in
quid, quædam in quale, Dat exemplum
in illis decem prædicamentis. Vnde patet cla
re illa decem non neceſſario conſiderari a lo-
gico, & ſi logicus de eis loquitur quomodo
loquatur. Et ſi in aliquo loco uel libro lo-
gices conſiderari poſſint non niſi in li-
bris topicorum & pro nunc ſufficiant hæc
pauca.

PRæterea arguimus, ſumendo quod ſu-
pra probatũ per illas tres rationes Auer.
primo poſteriorum, & primo phiſicorum
in prologo, et primo phiſicorum 4. Ariſto.
uniuerſalia debent præcedere ordine doctri-
næ ſecundum neceſſarium & ſecundum no-
tius. Cum ergo iſta conſiderentur per ip-
ſos ut prædicata & ſpecies prædicatorum
ergo liber priorum qui tractat de ſubiecto
& prædicato & termino in communi neceſ-
ſario debet præcedere librum prædicamen-
torum in quo agitur de iſtis decem ut præ-
dicata ſunt. Cum ergo in libro priorum de
termino de prædicato & ſubiecto in uniuer-
ſali in libro autem prædicamentorum per
ipſos illa tractantur ut talia prædicata & ſub
iecta ergo particulariora, inartificialiter ergo
feciſſet Ariſto. ſi propoſuiſſet hunc librum
omnibus libris logices, ſi conſideret iſta
ut ſubiecta & prædicata, & ut ſunt appara
tus ad propoſitiones. Quod non dicendum
de tanto uiro.

AD confirmationem autem quam faciunt
per textus Ariſtotelis, nolumus reſpon-
dere. Nam ualde prolixus eſſet noſter ſer-
mo. Et Antonio Mirandulæ dimittimus
hoc opus. Tum etiam quoniam nos promi
ſimus hoc quæſitum ratione & non autho-
ritatibus, declarare. Tum etiam q, clare pa
teat omnium prædicamentorum paſſiones,
proprietateſq; declaratas in prædicamentis
ut res ipſis conuenire non autem ut præ-
dicata uel ſubiecta, & ſi aliquantulum uer
ba quæ ſunt in prædicamenta ſubſtantiæ
uideantur facere huic opinioni, uellem ta
men ut aliquo modo ea quæ dicit Ari-
ſtotiles, in aliis prædicamentis ex-
ponant, quomodo conſiderantur illa

ut ſubiecta & prædicata,& certe quam maxi
me hoc facit me deridere hanc opinionem.

SImiliter erroneam eſſe tenemus eorum
opinionem,qui dicunt de his decem tra
ctari ut genera & ſpecies,atq; ſimilibus & eiſ
dem rationibus atq; fundamẽtis contra iſtos,
Ratiocinari poterimus.Et primo arguimus,
dare differentias ultimas inſtrumentorum ge
nerum ſpecierum non pertinet ad logicum,
ſed ad alium artificem pri.poſteriorũ in pro
logo Auer.cum logicus non cognoſcat res ar
tis & ideo ſpectat ad peritum arte logica qui
dicitur logicus particularis 2.methaph . Me
rito igitur neq; ſubſtantiam ſi genus uel ſpe
cies:neq; corpus,ſed ſufficit logico docere q.
genus eſt quod prædicatur inquid &c.1. q.
genus eſt quædam natura quæ prædicatur
inquid . 1. ſubſtantialiter conuenit & inueni
tur ſpeciebus , quæ uero ſit iſta natura quæ
prædicatur inquid non amplius eſt logici
v.g.animal de homine & boue , de quibus
non in logica , ſed ſufficit ei dare regulas pri.
poſteriorum in prologo et 19. com.ad co-
gnoſcendum poſtea in aliis facultatibus 1.to-
pico.8. q. animal ſit genus hominis & bouis
p habitum acquiſitum in logica & per regu
las logicas, quoniam genus eſt natura quæ
conuenit ſubſtantialiter pluribus ſpeciebus,
peritus igitur hac regula logica poſtea in ar-
te naturali cognoſcet q. animal ſit genus ho
minis,quod non poſſet facere ĩ logica,neq; ar
tifex ſine logica,Iterum arguimus ſicuti nu-
merare propoſitiones non pertinet ad logi-
cum pri.poſt. in prologo Auer. contra Aui-
cẽnam ſic numerare quæ ſint illa quæ ſunt
genera & quæ ſint illa quæ ſunt ſub generi-
bus non amplius eſt logici negocii.

PRæterea arguimus ex pri. poſteriorum
178.in eadem arte totum et pars genus &
ſpecies , immo in eodem libro ſi fieri poteſt
ſed in libro topicorum de genere.ſpecie inco
muni,ergo & de tali genere & tali ſpecie,in li
bro topicorum neceſſario et non eſſet liber
ſeparatus.

PRæterea iterum altera ratione clariſſima
arguitur , iſta decem ut patet ſunt primo
intellecta, logicus autem 4. methaphiſices 2.
conſiderat tantum 2. intellecta non prima.

PRæterea inartificialiter feciſſet Ariſt.ſi pro
poſuiſſet librum prædicamentorum(ut ip
ſi tenent) qui tractet hæc ut genera & ſpecies.
Nam per ipſosmet . genus & ſpecies eſt uni
uerſalius ipſis modo ab uniuerſalioribus in
choandum pri . phiſicorum 4.& non a parti
cularibus artificialiter. uel ergo dicendum
prædicamenta non eſſe partem logices,uel di
cendum librum topicorum in quo de gene-
re & ſpecie præcedere omnes alios libros lo-
gices,quod abſurdum apud Ariſt.

PRæterea eſſet inutilis repeticio,ſi.n.in præ
dicamentis cognoſcamus q. ſubſtantia ſit
genus ad ipſum corpus , corpus autem ſpe-
cies, ergo oportet prius cognitionem habere
de genere & ſpecie neceſſario ante librũ præ
dicamentorum non.n.poſſunt cognoſci ſin-
gularia non cognitis uniuerſalibus pri.phiſi.
4. Poſtea uero iterum oportet illa repetere
in ſui cognitione propria in libro prædica-
mentorum tradita,quare bis inutiliter repe-
titio:quod fugendum ab artifice.

ET ſi dicas q. in libro primo topicorum
de prædicamentis ut genere & ſpecies,di
cimus certe q. illa non perſe tractantur tanq̃
neceſſaria: ſed ad bene eſſe ad declarandum;
quomodo illa quatuor problematica prædi-
cata p̃dicantur in quid uel in quale exempli
ficando igitur & non tractando locutus eſt
de illis decem ibi,& ideo Ariſt.dixit de gene-
ribus prædicamentorum.

VLtimo arguimus, ex 6. methaphiſices 2.
artifex ſicuti diffinit ita conſiderat. Sed
iſta non diffinit ut genera & ſpecies:ergo nec
conſiderat Ariſto.in prædicamentis. Minor
probatur quoniam in diffinitionibus iſtorũ
non ponitur genus neq; ſpecies ergo neq; dif
finit ut genus & ſpecies.

ADdamus aliam rationem Mirandulæ nã
paſſiones & proprietates ipſorum non
conueniunt ipſis ut genera uel ſpecies ſunt:
quare nec ut genera & ſpecies poſſunt conſi-
derari.

AD confirmationem autem quam dicit in
ſectione ſecunda 3. 4. & 5. probãdo ſuã
opinionem reducendo textus ad ſuum ꝓpo-
ſitum ne ſimus infiniti fere ĩ ſermone,dimit
timus ipſi Mirandulæ:hoc tamen datum q
proprietates uniuſcuiuſq; prædicamenti non
inquantum genus & ſpecies illis tribui poſſi
bile erit,ut ſubſtantiam non ſuſcipere contra
ria, quantitatem equale ut inæq̃le,qualitatũ
ſimile uel diſſimile,omnia enim talia inquan
tum entia & res ſunt ipſis conuenire quis
dubitare poterit.

IN ſectione uero 7. uidetur reſpondere huic
opinioni, quoniam hæc prædicamẽta poſ
ſunt conſiderari ut res & entia,& alio modo
inquantum ſunt in anima,ſi ut entia in eſſe re
ali ad methaphiſicum 6. methaphiſices 2. ſi
in anima inquantum ſubiectum & prædica-
tum ſic ad logicum. Sed hæc reſponſio fri
uola

uola uidetur, quoniam diffinitiones & pro
prietates ipſorum dantur ut entia ergo ſic
conſiderantur inquantũ entia extra animá,
& ſi bene conſiderantur ut, in anima ſunt in
quantũ ſubiecta et prædicata, ſic uel ut ſub-
iecta et ꝓdicata in communi, & hoc modo
in libro priorum cap. 1. uel per ſe uel per ac-
cidens & ſic in libro poſteriorũ, uel ut præ
dicata in quid uel in quale ut genera uel ſpe
cies et ſic in libris topicorum non ergo da-
tur liber prædicamentorum neceſſarius. in
logica qui conſideret de iſtis inquantũ ſunt
in animá.i.ut genera et ſpecies, ut clarius in
fra declarabimus: in ſectione uero. 9. & 10.
Arguit a, ſimili ſicuti de neceſſario & poſ
ſibili agitur in methaphiſica & in libro de
interpræratione, ſed diuerſo modo, in me-
thaphiſica inquantum entia, in logica ut or
dinantur ad propoſitionem: ſic de prædica
mentis, ut in re in methaphiſica, ut ordinan-
tur ad propoſitionem in logica, & ſic in li-
bro prædicamentorum.

AD hoc clara eſt reſponſio, nunq̃.n. Ariſt.
nec in libro periher. nec in libro priorum
tractauit de neceſſario, poſſibili uel contingen
ti, per ſe & propria intentione ſed de enuncia
tione neceſſaria, poſſibili, & contingenti: & ſic
in ſecundo libro cap. 2. dicit Ariſto. his uero
determinatis, dicendum quemadmodum ſe
habeant affirmationes & negationes ad ſe in
uicé, q̃ ſunt de poſſibili eſſe & neceſſario &c.
tractat ergo de conſequentiis enunciationem
modalium. Et ſic proponit Auer. in parap.
in principio capituli, quoniam ſunt quædam
enunciationes in q̃bus ponitur modus, uiden
dus eſt, modus conſequentiæ in his, ſic
etiam in primo priorum de propoſitione
neceſſaria, & contingenti, & de ineſſe, ſic
etiam prædicatum neceſſarium, & per ac-
cidens, in primo poſteriorum & propoſi-
tionem neceſſariam; non autem ipſum ne-
ceſſarium quid ſit in ſe, inquantum ens eſt,
& proprietates eius, ſicuti fecit Ariſt. de de
cem prædicamentis.

AD formam autem reſpondeamus: q. tra-
ctare aliquid duobus modis, per ſe, ne-
ceſſario, & propria intentione, & iſta ſunt
illa quatuor quæ dicit Ariſto. primo poſte-
riorum cap. de unitate ſcientiæ. Aliqua uero
pri. poſteriorum 32. Auer. pri. priorum pri.
Ariſto. tractantur & dicuntur ſolum uel
ſupponuntur ſic eſſe ad declarandum aliquid
neceſſarium in illa arte, ſicut de uoce primo
periher. cap. primo, & paſſiones & res ipſas eſ
ſe a natura, uoces autem & ſcripta ad placi-
tum quæ omnia faciunt, ad cognitionem
diffinitionis nominis, uerbi, & orationis.
Et propter hæc Ariſtoteles declarauit pri-
mo illa. Nam omnis doctrina fit ex præ-
hexiſtenti cognitione primo poſterio. pri.
etiam diffinitiua ex partibus diffinitionis 6.
topicorum 4. pri. methaphi. 48. de bonita-
te ergo & non de neceſſitate et tanquã ne-
ceſſaria in arte illa tradit Ariſto. Tunc argui
mus redarguendo eos, ſicuti de neceſſario,
poſſibili in logica conſideratur, ſic de de-
cem prædicamentis, ſed (ut probatum) illa
ſunt tradita in logica ad declarãdũ neceſſara
de bonitate, non autẽ de neceſſitate, hic igi-
tur & liber prædicamentorum per ipſos non
neceſſarius ſed ad bene eſſe, unde errauit Ia-
comellus Cum dicat illa in logica ſcilicet ens
neceſſarium poſſibile &c. conſiderari neceſſa
rio, uidetur.n. non cognoſcere quid ſit con-
ſideratum in arte de neceſſitate, & quid ad
bene eſſe, & tantum quãtum facit ad declara
tionem alterius, ſicuti ſunt iſta, illa enim ſunt
neceſſario conſiderata quæ continentur ſub
modo conſiderãdi artis pri. poſteriorũ. 178.
2. phiſicorum 17. quæ ſunt illa quatuor, ſub
iectum totale, ſpecies ſubiecti totalis, princi-
pia, & paſſiones per ſe, & ideo addidit Ariſt.
per ſe. ſ. contineantur ſub uno modo conſide
randi eſſentialiter pri. poſteriorum 66. com.
quod enim eſt per accidens excludendum
ab arte: ſed ens eſt modus conſiderandi in
methaphiſica. 4. methaphiſices primo er-
go iſta ut entia in methaphiſica & non in lo
gica per ſe aliter logica & methaphiſica eſſet
eadem. quod abſurdum: falſum eſt igitur
quod dicit Iacomellus, iſta ut entia a logi-
co conſiderari poſſe bene uerum eſt q. ut
prædicata & ſubiecta: & hoc non negamus,
falſum autem inquantum entia.

SImiliter falſum Iacomelli dictum puta-
mus, cum dicat, in 2. libro periher, de
iſtis tractari ut reſpiciunt propoſitioné quod
eſt falſum, in libro.n. periherem: tractatur de
enunciatione non propoſitione, in libro vero
priorum de propoſitione propoſitio enim
inquantum propoſitio reſpicit ſillogiſmum
pri. poſteriorum 13. Auer. & ſic diffinitur,
propoſitio eſt conceſſa in ſillogiſmo ex qua
ſequitur aliud. ſ. concluſio de qua propoſi-
tione in libro priorum quid enim aliud
facit in libro priorum Ariſtoteles quam
declarare quomodo debet eſſe maior, quo-
modo minor, quæ ſunt propoſitiones.
Et eſt ratio, nam de toto & parte in eodem
libro, ſi igitur propoſitio inquãtũ propoſitio

poſte. 1. demonſtratio eſt ſillogiſmus quo
nos ſcimus .i.inſtrumentum quo mediante
tanq̃ inſtrumento nos ſcimus, ſic diffinitio
primo topicorum 4.& ſic etiam facta indu-
ctione in omnibus rebus logicalibus omnia
diffinit inquantum ſunt inſtrumenta ad no-
tificandum aliud omnia ergo ut inſtrumen-
ta diffinit & conſiderat:ergo tota logica in-
ſtrumentaria.Et modus ſciendi non eſt ſcien
tia primo topicorum 8. 2. methaphi. 11.

QVomodo vero diuiſio illa ſcoti in lo-
gicam docentem & utentem non ua-
leat:diximus in præcognitionibus logices;
Nunc breuibus dicimus:quoniam finis logi
cæ docentis eſt ut ſit inſtrumentum,& a fine
denominantur ſcientiæ,& facultates ergo lo
gica inſtrumentum ad ſcientiam, & ſic diffi-
niũtur omnia quæ ſunt in logica docente, er
go ſic conſiderantur per regulam ſupradi-
ctam. Nec poſſumus forſan negare q, finis
logicæ docentis non ſit ut poſtea ſit inſtru-
mentum:ſed finis ſuus ſit ſcire tantum, hoc
enim eſt falſum: pro nunc damus rationem,
& authoritatem,ratio,eſt iſta quam diximus
ſupra,quoniã ſic diffinit ergo ſic conſiderat
ſecundo primo poſteriorum cap. de perſe,
quod per diffinitionem tale perſe tale, ſed
iſta logicalia ut probatum ſupra inductione
omnia diffiniuntur cum hoc fine & inquan
tum ſunt inſtrumenta. Merito logica do-
cens inſtrumentaria perſe dicitur finis cuius
non eſt ſcire tantum,& ſi quis dicat,non ne
poſſumus habere cognitionem logices tan-
tum. Reſpondeamus cum Ariſto.7. metha-
phi. 35.quod caret fine & opere ꝓprio æqui
uoce tale,ſicut manus mortua æquiuoce ma
nus,ſic dicimus nos: ſi aliquis uellet cogno
ſcere tantum logicam:non autem uti, caret
fine proprio logices, non ergo logica niſi
æquiuoce. Probamus iterum authoritate
Ariſt.q, logica docẽs eſt ut ſit inſtrumentũ
primo topicorum 8. quæ quæruntur in lo-
gica non uolumus cognoſcere ut ſciamus
tantum:nec ut operemur:ſed ut ſunt inſtru-
menta ad alias artes & ſcientias,modo quæ
ſita quæruntur in logica docente & non utẽ
te:ut clare patet:de logica igitur docẽte loq-
tur Ariſt.q, ſit inſtrumentum ad alias artes
& ſcientias non autem de utente.

RAtio ſua nulla eſt,habet conditiones
ſcientiæ ergo ſcientia. Nego antecedẽs
ad hoc enim ut aliqua facultas ſit ſcientia:
oportet ut res cognitæ in ipſa facultate ſint
res factæ a natura,& finis ſit ſcire tantum,ſi-
cuti non eſt logica. Et quid falſius dici po-
teſt. Cum etiam meæchanicas ponat inter
ſcientias, dat rationem:quoniam non caret
demonſtratione propter quid, Mechanicæ
enim artes ſimiliter nec,a fine nec a,ſubiecto
poſſunt dici ſcientiæ. Ad formam autem ra
tionis reſpondet Auer.2. methaphi.3. ſi be
ne aliquid per demonſtrationẽ propter quid
cognoſcitur, tamen quoniam finis non eſt
ſcire tantum, ideo negatur mechanicam eſſe
ſcientiam,ſicuti & medicinam..Sic etiam in
logica, quanuis & per demonſtrationem
propter quid aliquid poſſet cognoſci in ipſa,
tamen quoniam finis ſuus non eſt ſcire tan
tum, ideo non ſci ntiam dicere poſſumus.
Præceptor ue ro meus balduinus reſpõdebat
hoc modo,negãdo q, in logica fiant demon
ſtrationes, nam ut ſic demonſtratio oportet
ut faciat aquirere ignotum naturaliter,logi-
calia autem non ſunt ignota naturaliter, &
hoc reſponſio mihi non placet, quanuis in
ſe ſit uerum quod dicit. Sed iterum argue
rem,in principio Epito.logicalium,duo ſunt
inſtrumenta ſciendi demonſtratio & diffini
tio ſi bene. non dantur demonſtrationes in
logica, tamen dantur diffinitiones quæ fa-
cient ſcientiam,ergo logica eſt ſcientia. Poſ-
ſumus iterum negare q, in logica fiant uere
diffinitiones ſumendo unum ex primo po-
ſteriorum 32. Auer.uere diffinitiones ſunt
rerum exiſtentium extra animam ſicuti non
ſunt logicalia,ſignum tamen tutiſſimũ & ue
riſſimũ ſermonis eſt ſoluere omnia dubia,&
Ideo eadem reſponſione ſoluamus iterum ſi
bene per ueras diffinitiones diffinirentur lo
gicalia,tamẽ quoniam finis logicalium quæ
diffiniuntur in logica non eſt ſcire tantum,
Ideo logicam negamus eſſe ſciẽtiam,reſpon
ſionem igitur Auer. tutiſſimam putamus, ſi
gnum eſt quoniam,ſoluit omnia dubia,ideo
eſt uera.

ET quid falſius dici poteſt q̃, q, omnes
artes poſſint uti demonſtratione propter
quid, etiam mechanicæ. Non ne clariſſime
contradicit Ariſto. 2. methaphi. 14. primo
ethicorum 2.Non in omnibus rationem cer
tam & demonſtrationem propter quid de-
bemus quærere,& eſt ratio primo æthicorũ
2. qualis materia tale debet eſſe inſtrumen-
tum proprium. Eſt contra Auer.primo
cœli 2.2. poſteriorũ primo.Quæ ſunt igno
ta naturaliter ſola demonſtratione uenantur,
quæ uero medio modo alia argumentatio-
ne.ſ.per maneriem diſciplinæ,quæ uero ma
nifeſta,nulla ratione probãtur,quia deſpicit
ars manifeſta, ut diximus pri. poſt. 25. cap.

& eſt ratio quoniam ars uerſatur circa difficilia non circa facilia & manifeſta, falſum eſt igitur q. omnes artes poſſent uti demonſtratione etiam mechanicæ.

SEd Aliquis forſitan uellet deffendere ipſum, ſumens logicam dici ſtricte & large atq; comuniter, ſic ergo poſſumus dicere logicam eſſe ſcientiam comuniter dictam, non autem ſtrictæ, pro ſcientia propriæ dicta.

REſponſio iſta non ualet. Nec poteſt ipſum deffendere, Primo, ſumimus unum ex. 2. poſteriorum. pri. primo topicorum 9. quæſita artificilia debent eſſe ignota non aũt debemus quærere illa quæ ſunt manifeſta, q. aũt logica ſit ſciẽtia comuniter dicta i. aliqua facultas, quis dubitat, ſic etiam & omnes facultates poſſent dici ſcientiæ.

PRæterea neq; hoc modo poſſumus ipſũ defendere: ipſe enim arguit contra miran dulam q. logica ſit ſcientia Mirandula autẽ tenet non eſſe ſcientiã proprie dictã non aũt negat non poſſe dici comuniter ſcientiam quare ſi uir iſte arguit contra Antonium mirandulam ſumit logicam eſſe ſcientiam pro priæ dictam, non autem comuniter, quoniam hoc non negat mirandula.

PRæterea, Nec poſſumus ipſum defendere per uerba ſua & per rationem ſuã quã infert, dicit enim logicam eſſe ſcientiam, quoniam poteſt uti demonſtratione propter quid, demonſtratio propter quid facit aliquid cognoſcere ſcientifice proprie, non autẽ communiter.

QVo uero ad illud quod ſubdit poſtea. ſ. q. ſubiectum logices ſit modus ſciendi, quo ignotum ſit notum, & cum hoc ſit etiam contra noſtra determinata tamen quoniam in rei ueritate eſt falſum: hoc improbare non dimittam. Et primo ſummimus unum, ſicuti argumentatus ſum contra aliquos modernos ex primo poſteriorum. 17 8. commento, 2. phiſicorum. 17. & clarius probauimus declarando partes eſſentiales ſubiecti: q. duæ ſint. ſ. res conſiderata & modus conſiderandi. Summo alterum primo poſteriorum in prologo, in principio epitoma: logicalium ſeptimo methaphiſica. 42. res logicales conſiderantur in quantum ſunt inſtrumenta. Ergo iſte eſt modus conſiderandi ſuus, tunc argumentor: qui dando ſubiectum, dat tantum unam partem ſubiecti dimittendo aliam diminutus, uir autem iſte tantum dicit de ſubiecto logices, modum conſiderandi: dimictit autem rem conſideratam. Ergo diminutus, complete autem ſubiectum erit ſecundo intellecta ut inſtrumenta notificandi.

ITerum Arguimus ex primo poſteriorum. 10. 25. capite de unitate ſcientiæ ſubiectum debet comprehendere omnia tanquam Genus ſpecies ſuas, uel principia, uel paſſiones, & eſt ratio quoniam aliter ſcientia non eſſet una ab unitate ſubiecti, modus autem ſciendi non huiuſmodi, ergo, maior eſt nota per ſumpta, minor probatur: ſumendo ex principio epitoma. logicalium & primo poſteriorum in prologo: duo ſunt inſtrumenta ſciendi, demonſtratio & diffinitio: & nos probauimus in præcognitionibus logices, ſunt etiam alia inſtrumenta in logica, quæ non ſunt nec ſpecies, nec paſſiones, nec principia iſtorum, non ergo continentur ſub eis, ſicuti inductio: entimema. exemplum, ergo modus ſciendi non continet omnia, iſta alia ſub ſe tanquam ſpecies, uel principia, uel paſſione: non ergo ſubiectum.

NEc authoritas quam ducit pro ipſo ex 2. methaphiſi. 15. eſt contra nos, dicit. n. Ariſto. ſtultum eſt ſimul quærere ſcientiam & modum ſciendi, & per modum, ſciendi uidetur exponere Auer. intendit logicã, ergo logica eſt uia inſtrumentum ſciendi. Pacæ tanti uiri non intelligit textum illum, nil eſt contra nos, neq; facit pro ipſo, & uidetur comittere errorem. Et primo ſugerem cum expoſitione Auerro. hoc argumentum uel authoritatem, ex ponendo ſicuti ipſe met Auerro. Ibi enim Ariſto. non loquitur de logica uniuerſali cuius quærimus ſubiectum, ſed dicit Auerro. q. ſit logicus peritus, particularis. i. logicus qui dat inſtrumentum proprium arti propriæ quæ non eſt logica pri. poſteriorum in prologo Auerro. ſed artifex proprius peritus arte logica dat inſtrumenta propria arti propriæ: ut ſupra etiam diximus. Dicit ergo Ariſt. qui uult habere aliquam ſcientiam, impoſſibile eſt illam habere. niſi prius cognoſcat inſtrumentum proprium per quod illam. ſcientiam rerum in aliqua facultate ſit a quiſiturus, ſicuti facit Ariſto. primo phiſicorum 1. 2. de anima 27. primo de anima 16. 6. methaphiſi. 1. primo de partibus primo. Loquitur ergo Ariſto. de logica illa particulari, quæ dat differentias ultimas inſtrumentorum id eſt quæ appropriat

priat inſtrumenta propria ante ſcientiam primo in prologo, in prologo .n. fere ſemper Ariſto. cognoſcit inſtrumentum proprium illius artis: uel facultatis. Nos autem loquimur, & quæſitum noſtrum eſt de iſta logica quæ docet inſtrumenta .ſ. liber priorum poſteriorum iſta igitur authoritas nil ſeruit ſuo intentui.

PRæterea, errat, ſicut & comuniter omnes errant, uocando logicam ipſam inſtrumentum, quod eſt falſum, probamus hoc ſolum unico exemplo, in philoſophia naturali docentur res naturales, primo phiſicorum in prologo Auerro. Non autem illa facultas uocatur res naturalis, ſic in logica docentur inſtrumenta, primo poſteriorum in prologo, in principio epitom. logicalium primo poſteriorum 19. Auerro. dantur conditiones inſtrumentorum & regulæ, docentur igitur inſtrumenta, unde & ipſa non debet dici inſtrumentum, ſed facultas inſtrumentorum, uel facultas rerum, quarum finis eſt ut ſint inſtrumenta. & patet ad ſenſum, inſtrumentum per quod ſcimus accidens eſſentiale eſt demonſtratio, per quod ſcimus eſſentiam & ſubſtantiam rei eſt ipſa diffinitio, logica autem non eſt neq; demonſtratio nequæ diffinitio, neq; demonſtratio uel diffinitio eſt logica, quomodo ergo dicunt q. logica eſt inſtrumentum, niſi dicamus hoc modo, q. logicæ finis ſit tradere, inſtrumenta.

IN ſectione uero 7. ſuam ponit opinionem, E dicit iſta poſſe conſiderari, duobus modis, inquantum entia, & ſic, a metaphiſica, uel ut ſunt ab ipſa anima, & in intellectu, & ſic conſiderantur a, logico uerbi gratia ut genera & ſpecies.

OPinionem iſtam de directo improbat ipſe ſimplicius, in proemio ſuo libri prædicamentorum. Probat enim iſta non poſſe conſiderari ut conceptus facti ab anima, dat rationem, quoniam ut conceptus ab anima non pertinent ad logicum ſed ad animaſticum. Et ut ratio iſta perfectius intelligatur. Summimus unum, una ſcientia eſt quæ unius generis principia partes & paſſiones, & effectus proprias illius debet conſiderare: primo poſteriorum 20. 25. cap. de unitate ſcientiæ, commen. 43. Summimus alterum 12. methaphi. 4. uniuerſalia ſunt facta & effectus quorum cauſa & principium ipſe intellectus Agens 3. de anima 18. Summimus tertium l. inquantum ipſum primo poſteriorum cap. de uniuerſali, reduplicat naturam propriam rationem propriam, rationem dedimus ſupra. Tunc argumentor cum ſimplitio, per primum fundamentum, in eadem arte de cauſa & cauſato. Sed iſta in quantum ſunt cauſat ab anima, ſub hæc ratione cauſa eſt ipſa anima, ergo in eadem ſcientia in qua tractatur de anima, debet tractari de iſtis inquantum ſunt facta ab anima, in libro igitur de anima & non in logica de iſtis hoc modo.

FAlſa eſt igitur huius uiri opinio, de illis conſiderari non ut entia ſed ut ſunt facta ab anima.

PRæterea ſummimus unum ſepius probatum ex primo poſteriorum 178, quicquid conſiderat ars: debet contineri ſub modo conſiderandi illius artis, & omnia quæ continentur illo modo, ab illa arte conſiderari. v. g. quicquid conſiderat methaphiſicus, inquantum ens eſt, & omne inquantum ens a, methaphiſico, neceſſario.

CVi fundamento pro maiori ſumpto, Addo duplicem minorem. inquantum facta illa decem ab anima ſub modo conſiderandi ipſius animaſtici, ergo ad animaſticum, & non ſub modo conſiderandi ipſius logici, Ergo non ad logicum. Modus enim conſiderandi ipſius logici ut ſepius dictum ex primo poſteriorum in prologo 7. methaphi. 42. in principio epitomatum logicalium, primo topicorum 8. Ariſt. inquantum inſtrumentum notificandi, & non inquantum facta ab ipſa anima, ergo non ad logicam.

SEd poſſet aliquis contra hoc arguere, Nam probatum eſt, q. conſiderata a, logico ſunt 2. intellecta & res factæ ab ipſa anima. Ergo & iſta inquantum facta ab ipſa anima ad logicum.

AD quod pro nunc breuiter, Aliud eſt conſiderare res uel entia, & aliud eſt conſiderare illa inquantum entia. Sic aliud eſt conſiderare res factas ab intellectu, & aliud inquantum ſunt facta ab intellectu, & ab ipſa anima, hoc enim modo Addimus modum conſiderandi, qui apropriat conſiderationem rei propriæ ſcientiæ ſic igitur dicimus nil inconuenire immo neceſſario logicam conſiderare res factas ab intellectu, non tamen inquantum ſunt facta ab intellectu, ſed ut ſunt inſtrumenta notificandi, exem

plum clarum, de ente in methaphiſica & philoſophia naturali de ente, tamen in methaphiſica de ente in quantum ens eſt, in naturali non inquantum ens, ſed inquantum habet in ſe principium motus & quietis, ſic de re facta ab intellectu & anima: inquantum facta ab anima, in libro de anima inquantum inſtrumenta notificandi in logica, quod non inconuenit ut clarum, & hoc dicebat Auer. contra Alphar. hæc inquantum entia non conſiderari a logico, ſed inquantum inſtrumenta ad cognoſcendum res ipſas.

ITerum arguitur contra ipſum, & ſummimus unum ex 3. de anima 8 in anima noſtra non ſunt res ipſe, ſed ſpecies imagines rerum, unde illa res imaginata ab intellectu noſtro non eſt uere res, ſed imago rei. At uero diffinitiones datæ in hoc libro prædicamentorum, ſunt diffinitiones rerum quæ ſunt ueræ res extra animam, non autem ut ſunt in anima, quod patet inductione facta in, omnibus diffinitionibus eorum quæ diffiniuntur in hoc libro.

SImiliter proprietates iſtorum prædicamentorum non conueniunt ipſis ut ſunt ab intellectu et in intellectu, ſed ut ſunt res factæ a natura extra animam. Non Ergo poſſunt conſiderari ut ſunt facta ab intellectu & anima.

PRæterea clare improbatum ſupra, q; iſta non poſſunt conſiderari ut genera et ſpecies, Quare in rei ueritate quæ dicit iſte uir nil placent nobis.

Opinio Tomitani.

ALia eſt opinio excellentiſſimi doctoris Benardini Tomitani noſtri concurrentis, ait enim hunc librum eſſe logicum, & in hoc libro conſiderari de ſimplicibus uocibus ut principia enũciationis, & ſi aliquis dicat de ſimplicibus uocibus in libro periher. Reſpondet q, iſta ſimplicia poſſunt conſiderari uel inquantũ ſunt partes enunciationis, & reſpiciunt enunciationem, & ſic in libro periher uel ut ſeparatim perſe & non reſpiciendo enunciationem, & ſic in libro prædicamentorum, & probat hoc exemplo, de propoſitione in libro priorum inquantum reſpicit ſillogiſmum, in libro uero de interpre. inquantum perſe conſiderata propoſitio non ut pars ſillogiſmi, ſic igitur & decem iſta, inquãtũ partes enunciationis in libro periher, inquantum uero extra enunciationem in libro prædicamẽtorum. Hæc ſunt eius uerba in circulis per ipſum met adducta.

ET ni aliquis magis maledicendi animo, quam inueniendi ueritatem, moueri me putet. Aliquid iuſta cauſa, contra hanc opinionem dicere non deficerer.

COntra primum ſumptum ab ipſo arguimus pauciſſimis pro nunc quoniam & aliis ſupradictis rationibus eiſdem & contra hanc opinionem arguere poſſumus, dimittimus tamẽ breuitatis cauſa. Primo tamẽ arguimus ſummendo regulam poſterioriſticam una ars primo poſteriorũ cap. de unitate ſciẽtiæ debet conſiderare res illius ſcientiæ, & non res alterius, quod dicit iterum Ariſt. primo poſteriorũ 17. Summimus alterũ facta inductione in omnibus rebus logices, quæ conſiderantur in hac facultate ſunt ſecundo & non primo intellecta: ſicuti ſunt iſta, concludimus ergo, q, iſta nullo modo poſſint conſiderari a logico, hæc igitur conſideratio non eſt logices.

SEcundo arguimus & primo ſummimus regulã poſterioriſticã ex pri. poſt. cap. de unitate ſcientiæ et 17. com, 17 8. 3. phiſicorũ 17. quicqd conſideratur in arte, debet contineri ſub modo conſiderandi illius artis qui modus conſiderandi ſumitur a modo diffiniendi per regulam ex 6. methaphi. 3.

SVmmimus alterum, modum conſiderandi ipſius logices: primo poſt. in prologo in principio epi. logi. 7. methaphi. 43. eſt ut ſunt inſtrumẽta notificãdi. Tunc argumẽtor quicqd conſideratur in arte debet contineri ſub modo conſiderãdi illius artis, ſed omnia iſta non diffiniũtur inquantũ ſunt inſtrumẽta uel principia uel paſſiones inſtrumẽtorum, qui eſt modus conſiderandi ipſius logices, ergo non poſſunt a logico hoc modo iſta conſiderari. Igitur a, re conſiderata, & a modo conſiderandi hæc conſideratio non poterit eſſe logica conſideratio.

TErtio arguerẽ ex 1. æthicorũ 6. 7. meth. 13. ſumens regulã, quæ talis eſt, omnia quæ conſiderãtur in arte ſummunt neceſſitatẽ a, fine proprio illius artis, ita q, tãta & talia conſiderat ars, quãta et qualia faciũt & ſunt neceſſaria ad finẽ artis, alia dimittit, niſi de bonitate, & etiã facientia ad artẽ illã. Sed illa quæ conſiderãtur in libro prædicamentorũ non ſunt neceſſaria nec faciunt ad finẽ logices, ergo nec debent conſiderari a, logico, Maior eſt nota. Minor probatur, finis logicæ ſic pro nunc ipſa demonſtratio, quæ non poteſt

cognoſci

cognoſci non cognito ſillogiſmo.qui nceite
rũ cognoſci poterit,nõ cognito prius ſuo ge
nere.ſ.enunciatione, quæ nec iteꝝ poſſiblle
cognoſci,non cognitis ſuis principiis.ſ. noĩe
& uerbo,& tuncceſſat reſolutio. Nam ſupra
probatũ q. non datur ſimplicius in logica
ipſo nomine et uerbo et ad quem terminatur
ordo reſolutiuus inde incipit ordo compoſi
tiuus 3. æthicorũ 6.7. methaphiſices 23.pa-
tet ergo librũ prædicamentorũ non eſſe par-
tẽ logices,nec minus partẽ neceſſariã logices.

ILlud uero quod dicit.Reſpondẽdo ſecun
dæ & tertiæ rationi q. iſta ſint neceſſaria,
ſed inquãtũ principia enũciationis.ſ.nomẽ et
uerbũ ĩ libro periher.ĩquãtũ uero pſe cõſide
rata extra enũciationẽ ſic in libro pũtorũ.

PAce huius uiri dicerẽ,q. iſta ſint falſa &
contradicit ſibi, ponit enim hanc conſi
derationem logicam eſſe,& neceſſariam a,
fine ſcilicet demonſtratione. Quomodo er
go iſta poſſunt ſeruire & ordinari ad finem,
niſi inquantũ principia & reſpiciendo ipſam
enunciationẽ,aliter enim nullo modo neceſ-
ſitantur a, fine ſcilicet demonſtratione, ſed
per ipſum conſiderãtur non ut partes enun
ciationis,ergo per ipſum met non neceſſitan-
tur a,fine logices. Per ſuã ergo reſponſionẽ
ſequitur q. non ſint neceſſaria a.fine,& tamẽ
uult ille probare q. ſint neceſſaria a,fine,con
tradicit ergo ſibi.

PRæterea Errat in exemplo. Non enim
in libro periher. Aliquo modo tractatur
de ꝓpoſitione. Quoniã ꝓpoſitio inquantũ
propoſitio eſt pars conceſſa in ſillogiſmo ex
qua ſequitur aliud pri. poſteriorũ 13. com.
modo de parte ſillogiſmi.ſ.maiori uel mino
ri & quomodo debet eſſe,ſolũ in libro prio-
rum,& non in libro periher.niſi per accidẽs,
& in hoc errat Iacomellus tractatu 2.cap.pri.
ſui libelli & eſt error communis.

PRæterea uidetur ignorare quid tractetur
in libro periher. cum dicat in hoc libro
tractare Ariſto.de propoſitione,quod eſt pe
nitus falſum. Nam de propoſitione ut pro-
batũ in libro priorũ,hic aũt de enunciatione,
non ut pars ſillogiſmi aliquo modo,ſed ut
enunciat uerum uel falſum pri.periher.cap.4.

PRæterea, uidetur ignorare uir iſte quo
modo in libro periher tractetur de enũ
ciatione.Non enim ut pars ſillogiſmi & extra
ſillogiſmũ ut ipſe et Iacomellus refert,ſed de
enũciatione tanq̃ de genere ipſius ſillogiſmi
tractatur in libro perihermenias.& hoc dice
bat Auer.pri. priorũ primo, ſillogiſmus eſt
oratio.ſ.enunciatiua,q. uero enunciatio ſit
genus ad ipſum ſillogiſmũ aliãs probauimus

PRæterea, uidetur errare qũo ſit neceſſa-
rius liber piher:in quo tractatur de enũ
ciatione,ait enim eſſe conſideratã ipſam enũ
ciationẽ inquãtũ pars eſt ſillogiſmi ita q. ſit
neceſſarius inquãtũ tracter principia & par-
tes ſillogiſmi. Quod eſt falſum,ut dictum ſu
pra.Eſt autẽ neceſſarius hic liber,quoniã ſpe
cies non poteſt cognoſci non cognito ſuo ge
nere contẽto ſub modo conſiderãdi illius ar
tis 6.topicorũ 4.genus aũt ſillogiſmi eſt enũ
ciatio pri.priorũ pri.ideo igitur fuit neceſſa
rius iſte liber periher.& in hoc iterũ errat Ia-
comellus dicẽs de enunciatione tanq̃ pars ſil
logiſmi in libro periher:ideo neceſſarius li-
ber periher.

PRæterea,uellẽ ſcire,qũo illa decem quæ
tractãtur in libro ꝑdicamẽtorũ ſint illæ
met res quæ ſunt partes enunciationis, quæ
conſiderãtur in libro piher.ſub alia ratione,
ut extra dictionẽ ſicuti ipſe dicit,uel enĩ ſunt
idẽ ratione quod eſt clare falſum. & ipſe met
negat,uel ut ſunt idẽ ſubiecto,differũt ratio-
ne,quod iteꝝ falſum eſſe putamus, ea enim
ſunt idẽ ſubiecto quæ ſimul generãtur & cor
rũpuntur 4.metha.2.modo iſta non conuer-
tuntur nõ ergo idẽ ſubiecto et eædẽ res.Ma
ior eſt Ariſto.Minor probatur,uniuerſale &
particularie quod eſt ſub illo uniuerſali non
conuertuntur neq; ſimul ſunt,in poſt prædi
camẽtis cap.de priori & ideo non ſunt idẽ
ſubiecto,ſed nomẽ eſt uniuerſalius iſtis decẽ
uocibus ,ut clare probatum ſupra nec opor-
tet iterum repetere. Non ergo illæ eædem
res in utriſq; locis conſiderari poſſunt.

PRæterea primo intellectũ, & ſecũdo intel
lectũ non eſt idẽ.v.g.homo,& ſpecies non
eſt idẽ,ſed ea quæ conſiderãtur in libro peri
herm.ut patet ſunt 2.intellecta quæ autem in
libro prædicamentorum,primo ſunt intelle
cta,& ergo non eædem ſunt res conſideratæ.

PRæterea errat Maxime, facit enim Ariſt.
in artificialẽ,et nec ſuas met artis regulas
ſeruaſſe.Quãdo enĩ una res in una arte con
ſideratur duobus modis,ſub modo particu-
latiori,& ſub modo uniuerſaliori in alio loco
tũc tractatus uniuerſaliori modo debet ꝑce-
dere,primo phiſicorũ 4.ꝓpter rationes da-
tas ab Auer.pri.phiſi. & pri.poſt. in ꝓlogo
Quoniã ergo illa quæ conſiderãtur in libro
perihermenias,& ſi bene rẽnt eædẽ,tamẽ uniuerſa
liori modo conſiderãtur , ideo ille tractatus
debet ꝑcedere neceſſario artificialiter tracta-
tũ libri ꝑdicamẽtorũ.quod non dicendũ de
Ariſt.ſed de aliis potius ad nihil reſpiciẽtes.

PRæterea, ſi iſta cōſiderātur ī logica ut partes ſimplices enūciationis, extra tñ enūciationē ī lib pñtorū ut ipſe et Iacomellus tractatu 2. cap. 1. aſſerit. Videtur ignorare regulā Ariſt. 5. phiſi. 8. 6. metha. 6. 1. poſt. 32. quod eſt p accidēs non conſiderat ars, ſed iſte ſunt partes enūciationis p accidēs, non debet ergo logicus ea conſiderare ut partes ſimplices enūciationis, uel extra, uel intra enūciationē.

ET ſi dicat, q. ſint partes pſe enūciationis, et non p accidēs, ignorat regulā poſterioriſticā. 2. poſteriorū cap. de pſe illa ſunt p ſe, quæ p diffinitionē ſunt talia, q̄ uero non huiuſmodi p accidēs com. 32. Sed nomē & uerbū ponūtur in diffinitione enunciationis, non aūt illa decē, quare illa perſe, iſta aūt per accidens, maior nota p loca dicta ſupra, & minor ex primo periher. cap. 4. Quare iſta p accidēs ptes enūciationis, illa p ſe, unde iſta ſunt p accidēs conſiderata a logico, illa uero pſe.

PRæterea uidetur ignorare aliā regulā poſterioriſticā ad cognoſcendū perſe & per accidēs, primo poſteriorū cap. de uniuerſali & com. 36. 5. phiſicorū primo, quod p aliud tale per accidens tale, & eſt ratio quoniā non per naturā ſuam quod eſt per aliud. Quoniā ergo iſta ſunt partes enunciationis per aliud inquantū nomina ut clarum merito igitur per accidens partes enunciationis.

PRæterea uidetur ignorare aliam regulam logicam ſumptam ex primo topicorum 4. porphi. cap. de accidenti: accidens eſt quod adeſt, & abeſt, præter ſubiecti corruptionem, ſed enunciatio poteſt eſſe ſine iſtis, ergo accidētia enunciationis. Minor clara, quoniam iſta decem quæ conſiderant hic, ſunt termini methaphiſi. enunciationes aūt poſſunt eē ex noībus non methaphiſicalibus.

NEc uerum eſt illud quod dicit in hoc libro conſiderari de ſimplicibus uocibus, diffinitiones enim et proprietates non conueniunt his rebus inquantum uoces ſunt, ergo non conſiderantur ut uoces ſimplices, quoniam modus diffiniendi eſt modus conſiderandi ut dictum ſupra.

PRæterea uidetur penitus ignorare quid fiat in logica, dictū eſt. n. ex pri. poſt. in ꝓlogo, qd' in logica non dātur differētiæ ultimæ inſtrumentorū, ſed conſiderātur inſtrumēta in cōmuni, imo pri. poſt. loco dicto, & 19. com. in principio epito. logicaliū in logica dātur regulæ conditiones inſtrumentorū. Non ergo poſſunt conſiderari ut uoces ſimplices, ex qbus fiūt ꝓpoſitiones. Sed ſufficit logico dicere, pars enūciationis eſt nomē uerbū, & dare diffinitiones noīs. & uerbi ſimiliter ſufficit dicere q. partes ꝓpoſitionis in eoī ſunt ſubiectū, & p̄dicatū, q aūt ſint illa quæ ſunt ſubiectū & p̄dicatū non amplius eſt logici negotii ea declarare, quæ oīa ꝓbata ſupra.

Opinio Propria.

PRo ueritate huius rei utrū ſit pars logices p̄dicamētoꝝ liber. Quædā ſunt priuidēda. ſ. quid ſubiectū huius libri, habemus enī regulā poſterioriſticā ipſius Ariſto. pri. poſt. capit. de unitate ſciētiæ com. 178. ſcientia eſt una uel diuerſa p unitatē uel diuerſitatē ſubiecti, q. aūt cognoſcamus ſubiectū huius libri, oportet ſumere illud quod ſæpius dictū et determinatū ſupra. ſ. qd ſit ſubiectū artis, ubi diximus ſubiectū habere neceſſario duas partes rē conſideratā et modū conſiderādi pri. poſt. 178. 2. phiſicorū 17. res conſiderata eſt tanq̄ materia modus conſiderādi eſt tanq̄ forma: dans eſſe et unitatē, ſicuti declarauimus in p̄cognitionibus & in quæſito ꝓprio de ſubiecto logices, unde ſi uoluerimus inuenire ſubiectū huius libri oportet prius inueſtigare et rem conſideratā, cū modo conſiderandi, quod erit completū ſubiectum huius libri.

DIcimus igitur q; in re conſiderata nemo dubitat neq; poteſt dubitare quin ſint ipſa p̄dicamēta circa quæ uerſatur iſta conſideratio prædicamētorū. Quis uero ſit modus conſiderandi in hoc omnes altercantur ut clare patet ex tot opinionibus recitatis. Nobis autem ex regulis Ariſtotelis hoc inuenire non erit difficile.

REgulas igitur eſt Ariſto. breuis 6. metaphi. 2. ſicuti diffinit ita conſiderat artifex. Ita q. modus diffiniēdi eſt modus conſiderādi, & eſt ratio poſterioriſtica pri. poſt. cap. de uniuerſali inquantum ipſum eſt illud quod per naturam ſuam propriā eſt tale & perſe eſt tale, quod perſe eſt per diffinitionem tale pri. poſt. cap. de perſe, modus ergo conſiderādi qui eſt inquātum ipſum ſumitur a modo diffiniēdi uel probamus hāc regulam alio modo, inquātū ipſum eſt per naturā ſuā ꝓpriā ca. de uniuerſali p naturā ſuā eſſe tale, non eſt niſi p eſſentiā et formā ſuā. 2. phi. 3. 2. d' aīa 24. forma et natura idē, q̄ forma idē eſt cū diffinitione 7. methaphi. 4. Modus ergo conſiderandi rei eſt diffinitio rei, & ideo dicebat Ariſto. pri. poſt. loco dicto, perſe et inquantū ipſum idem ſunt. Si ergo uolumus cognoſcere q̄uo iſta prædicamēta conſiderātur, quis modus conſiderādi eorū uel inquantum entia, an inquantum uoces,

etiam

etiam oportet inſpicere in diffinitionibus eo
rum, ſicuti enim erunt diffinitiones & deſcri
ptiones ſic ēt erit & modus cōſiderādi eoꝝ.

QVibus omnibus pro maiori, addamus
minorē, omnia diffinit & conſiderat in
quantum res, & entia ſunt, iſte igitur modus
conſiderandi iſtorū ut entia ſunt, Minor eſt
nota inductione facta, oēs diffinitiones ſub
ſtantiæ, quantitatis, ſpecierum quātitatis, qua
litatis, ad aliquid etiā non poſſunt conuenire
ſuo diffinito niſi in quātum res ſunt et entia, q̄
uis aliqui negant hoc et contrarium probare
conentur, tamen ne trahamus rem fere ad in
finitum, hoc omittimus opus tum etiam quo
niam Antonius Mirandula per octo libros
fere nil faciat aliud niſi probare hanc mino
rem, Tum etiam quoniam promiſimus nos
non authoritatibus hoc uelle comprobare,
ſed ratione & regulis Ariſtotelis hius rei ue
ritatē pq̄rere, Nos uero ꝓbauimus ſupra q,
nullo modo alio poſſint hæc conſiderari: nec
ut uoces, neq; ut genera, uel p̄dicata uel ſubie
cta, Reſtat igitur neceſſario ut in q̄tum entia.

PRæterea ſumptum eſt. modum conſide
randi ſumi ex modo diffiniendi, tunc ar
guo ſic, Eo modo diffinit iſta hic & in metha
phiſica, ſed ibi conſiderat neceſſario ut entia
4. methaph. 1. 6. methaph. 2. Ergo & hic ut en
tia, ergo hæc methaphiſica conſideratio.

SEcundo arguimus, ſumendo fundamentū
ex. 1. poſt. cap. 19. com. 13. 66. Accidentia
quæ demonſtrantur debent conuenire perſe
proprie proportionate inquantum ipſum ip
ſi ſubiecto de quo demonſtrantur proportio
natum. i. ſub eodem modo conſiderandi, ideo
accidens eſſentiale alicuius ſubiecti artis non
poteſt ab alia demonſtrari, cui pro maiori ad
damus minorem, illa accidentia quæ demon
ſtrantur hic de prædicamentis, non poſſūt
alio modo conuenire niſi in quantum entia,
ergo ſubiecta de quibus demonſtrātur conſi
derantur in quātū entia, v. g. ſubſtātiā ſuſcipe
re contraria, in quantum res non aūt inquatū
uox, quātitatē æqualē & inæqualē, qualitatē
ſimilē & diſſimilē, relatiua ſimul eē natura et
oīa iſta clarū ē q, ut res & ētia eis conueniūt
ſic ergo de eis demonſtrantur ſic ergo conſi
derantur talis ergo conſideratio.

SEd primæ rationi uidetur reſpondere buc
caferreus lib. 4. ſectione. 7. q, diuerſo mo
do logicus & methaphiſicus. Methaphiſicus
in quātū entia & res extra animā, logicus ut
ab aīa ut gnā & ſpecies ſunt Nos ſupra im
ꝓbauimus reſponſionē hāc & eſt clare falſa
reſponſio iſta p rationē factā, cū idē ſit mo
dus diffiniēdi hic & ibi ergo idē modus conſi
derādi & non diuerſus, ſi ergo ibi ut entia &
extra aīam ergo & hic, Secūdo ut ab aīa ad
aīaſticū ſupra. n. ꝓbatū nā. 1. poſt. 10. 25. cap.
de unitate ſciæ, in eadē arte de principio &
principiato ſi ergo ut ſunt ab anima. Ergo
in lib. de aīa tertio ut genera & ſpecies di
ximus & ꝓbauimus ſupra nullo modo poſſe
iſta conſiderari, ideo dicimus nec ſoluere & ſi
mul falſam eſſe reſponſionem iſtam.

GEnua ſi recte refert mirandula ſectione
3. ſecūdi libri uult dare diuerſitatē me
thaphiſici & logici negocii iſtarū rerū, Nā in
methaphiſica inquantum entia ut patet, in lo
gica in quātū ſimplices uoces probat in an
te p̄dicamentis cap. ultimo dixit Ariſt. eorū
quæ ſecūdū nullā complexionē dn̄r: mō illa
q̄ dn̄r ſunt uoces, mihi aūt ur̄ (pace tāti uiri)
q, illa q̄ dn̄r & nominantur ſunt res & ſic ex
illo textu potius hēt ur ꝓpoſitū q̄ oppoſitū.

IN ſectione. 6. eiuſdem libri ipſe mirandula
ducit iterum Genuā noſtrū p̄ceptorē alte
rā ſup eādē rem cauſam aſſignantē cum ipſo
Ammonio, librū prædicamētorū cōſiderare
illa non inquātū res ſed in quātū uoces. Res
enim non poſſunt cognoſci niſi per uoces pri
us cognitas quare prius eſt habendus ſermo
de ipſis uocibus.

NOn ſine maxīo artificio Genua talia bre
uiſſima uerba refert ſumit enim ex ipſo
Ariſt. 1. poſt. 2. Auer. & Themi. Ibi & 2. poſt.
cap. 9. clarius, Anteq̄ habeamus doctrinā de
aliqua re: oportet neceſſario prius quid no
minis eius præcognoſcere aliter enim fruſtra
eſſet aditus ad ſcholas, & impoſſibile de re
illa cognitionem habere, ſi ergo iſta decem
uolumus cognoſcere quæ quærūtur in una
q̄q; arte ſcīa, & facultate, ergo prius eorū ſim
plices uoces res ipſas exprimētes cognoſcere
decet, q̄ cognitio nō pōt eē niſi liber p̄ntorū.

MIrādula conatur ibi met reſpondere huic
rationi tali reſponſione uel iſta conſide
rātur ut uoces ſignātes tales res & talia ētia
uel non, ſi ut ſignāt res & ētia extra aīam ha
beo īntētū, ut patet, qm̄ non ē conſideratio tūc
ptinēs ad logicū d' hmōdi uocibus res ſignān
tibus, ſed methaphiſica. Si uero non ut ſignāt
res, ſed ut ſimplices uoces, tūc hoc dicit eē i
poſſibile, qm̄ tūc noīa eēnt inania, quod ſpnē
dū & deiciēdū a ſcolis philoſophorum.

DVrum ē tātū uirum ſic de facili conde
mnare, & ideo quod ipſe admiratur de
Genua: Non ſolum ē uerum ſed neceſſarium.
ſ. q, detur. declaratio noīum q̄ non rei naturā
oſtendit: nec rē ipſam primo poſteriorum. 2.

Auer. Themiſt.& iterum. 1 .poſteriorũ cap.
9 . Neceſſario antequam habeamus doctri-
nam perfectam de aliqua re, oportet cogno-
ſcere quid ſuum nomen ſignificat, dico no-
men tantum & non rei naturam quæ decla
ratio primo priorum. 37 .poteſt fieri per no
men & per orationem dummodo idem ſi-
gnificant, poſſumus ergo declarare quid ſi-
gnificat hoc nomen homo, non declarando
rem & naturam propriam hominis. Sic poſ
ſet etiam dicere Genua, declarantur iſta quid
eorum nomina ſignificant. ſ. quid ſignificat
hoc nomen quando dicimus ſubſtantia &
reliqua non cognoſcendo perfecte naturam
& quidditatem ſubſtãtiæ, ſed quid ſignificãt
hæ uoces cognitione confuſa doctrina autẽ
uocis ut rem ſignat eſt diſtincta non autem
confuſa:& tunc hæc conſideratio methaphi-
ſica , illa autem logica: ſit poſſet reſpondere
& recte.

SEd in rei ueritate talis ratio nil ualet im-
mo eſt contra ipſum , ſi enim primo po-
ſteriorum. 2 .præcognitio quid nominis ne-
ceſſario eſt ante doctrinam quid rei & diſtin
ctam rerum cognoſcendarum. ergo illa præ-
cognitio quid nominis debet eſſe imediate an
te doctrinam diſtinctam: cuius eſt præcogni
tio dirigens (ſicuti nũc nũc clarius declarabi-
tur) & non in alia arte: cum ergo ut ipſe met
concedit, harum rerum naturas ſpeculari ſit
potius methaphiſicum negocium: ergo & præ
cognitiones nominis eorum in methaphiſi-
ca erit neceſſaria. & ſic iſte tractatus ſequitur
per ipſos met ut ſit methaphiſicus: Et
in rei ueritate ſicuti dicit Auer. præcognouit
hæc Ariſto. in. 5 .methaphi. quid ſignificant:
quoniam præcognitio quid nominis neceſſa
rio eſt ante doctrinam: quando non eſt ma-
nifeſta pri. poſt. 2 .com. & 74 .capite. 25 . Sed
ut melius & certius declaretur ueritas huius
rei dubitamus. Si præcognitio ante doctri-
nam: ergo non in doctrina & ſcientia pro-
pria. ergo iſta non præcognoſcuntur in me-
thaphiſica, ubi ſit doctrina rerum harum.

AD quod clare reſpondemus nos cum
Ariſt. ſumendo regulas ex 3 .rethorico-
rum cap: de prologo, Tres ſunt partes artis,
duæ ſunt neceſſariæ, ſcilicet ꝓhemium, & tra
ctatus, epilogus autem eſt ad bene eſſe, quo-
niam ſit ad memorrã tãtũ non aũt neceſſaria
pars artis, Si quæramus ab Ariſt. quid ſit
ĩ prohemio, Reſpondet Auer. & Ari. inueniũ
tur, dicũtur ꝓuidẽtur, uel ꝑcognoſcuntur res
docẽdæ poſtea in tractatu. Et eſt ratio huius
regulæ. 7 .metha. 13 .3 .ethicorum. 6 .finis & in
tentio eſt præcognoſcenda ab artifice, cum
ergo finis & intentio in arte ſit cognoſcere
res oportet igitur ut præcognoſcantur artiſi
cialiter prius res cognoſcendæ in tractatu, in
tractatu uero poſtea tractantur & cognoſcan
tur cognitione perfecta atq; diſtincta, quæ in
prologo quid nominis & confuſe cognita
fuerunt, & hoc dicebat Ariſt. primo poſt. pri.
ante omnem doctrinam rei oportet ut præ
cognoſcatur eſſe & quid nominis rei, de qua
quærimus doctrinam demonſtratiuam & dif
finitiuam, cognitio ergo iſta confuſa ſ. eſſe &
quid nominis rei conſiderandæ, non fit in
doctrina. i. in tractatu ubi diſtincta & perfe-
cta habetur cognitio ſubiecti atq; rei. Non ta-
men propter hoc ſequitur ut fecit in diuerſa
& altera facultate , ſed fit in prohemio illius
artis , ubi præcognoſcitur ſubiectum eſſe &
quid nominis cognitione confuſa, Nam iſta
cognitio eſt dirigens tantum in principio e-
pirematum logicalium, & primo poſte. pri.
Auer. non uero agens doctrinam diſtinctam
& perfectam rei, cum illa diſtincta habeatur
in tractatu ut dictũ: hæc autem in prohemio

POſtea igitur in tractatu cognoſcitur ſub-
ſtantia rei per diffinitionem quid rei &
demonſtrantur paſſiones propriæ eius & ſic
completur perfecta cognitio rei conſideratæ
primo de anima tertio. Dicimus ergo q̃
cum cognitio rei per ipſum : horum decem
prædicamentorum ſit cognitio methaphiſi-
calis ergo præcognitio iſtarum uocum in ꝓ
hemio methaphiſices & hoc dicebat Auer. q̃
uſq; ad ſeptimũ librũ durat prohemiũ metha
phiſices, quia præcognoſcuntur res conſide-
randæ in methaphiſica, abſurdum autem eſt
dicere q̃ præcognitio rerum conſideratarum
in methaphiſica fiat in logica.

ITerũ Arguimus alia ratione. 1 .poſt. in prin
cipio primi commenti dicit Auer. In hoc li
bro intendit dare conditiones præmiſſarum
& quæſitorum, ſimiliter etiam in libro topi
corum, dãtur cõditiones & regulæ ad cogno
ſcẽdũ præmiſſas topicas, & q̃ſita topica, q̃ ue
ro ſint illa ſingularia q̃ſita, q̃ q̃rũtur in arti-
bus & ſciẽtis nõ ſũt dicẽda in logica ab Ariſt.
nec poſſet q̃rere in logica neq; numerare, ni-
ſi dare conditiones q̃ſiti demonſtratiui in co
muni quomodo debeãt eẽ. ſ. accidẽs eẽntiale.
i. ꝑ ſe de omni & in quantum ipſum, quæ ſũt
tria. 2 .poſteriorum. 1 .Si eſt q̃a eſt: & propter
quid: ſimiliter declarat quot ſunt problema-
tica topica. ſ. q̃ ſint quatuor & q̃d ſit proble
ma topicum, quot autem ſunt illa q̃ poſſunt
problematice q̃ri in aliis artibus & ſcientiis nõ

numerat nec poteſt numerare, neq; dicere Ariſto. ut logicus, ſed hoc in artibus fit propriis non autem in logica: dicimus ergo q. in logica dantur conditiones quæſiti uel quæſitorum ſpecierũ in communi: non autem dicuntur & numerantur quæ ſunt illa quæſita: nec præcognoſcuntur quæſita q̃ quærũtur in aliis artibus & ſcientiis. Non ergo illa quæ quæruntur in aliis artibus & ſcientiis oportet præcognoſcere cognitione confuſa in logica: Abſurdum igitur eſt q. præcognitio rerum conſideratarum in methaphiſica fiat in logica.

QVod uero ſubdit Genua in ſectione 9. & 11. ex Themiſtii authoritate: ſatis ex his patere poterit, q. non habeat intentum, non enim p̃cognitio rei methaphiſicalis debet fieri in logica, tum etiam quoniam præcognitio illa fit in methaphiſica & ne ſimus maxime prolixi, quiſquis ex dictis mirandulæ poteſt hoc pſpicere Nos autem rationibus hoc cõfirmare propoſuimus, non aũt authoritatibus.

QVod uero ſubdit Genua in ſectione 13. q. non inquantum ens in prædicamentis, quia diuerſo modo conſiderat. Iam reſponſum eſt ſupra hoc eſſe falſum, quoniam eodem modo conſiderantur, nam eodem modo diffiniuntur, ergo conſiderantur,

AD illud uero q. Madius tertio libro ſectione prima dicit, probans non tractari de ſubſtantia inquantum ſubſtantia, ẽ quoniam hic non principia ſubſtantiæ. Ratio iſta poſſet ualere hoc modo ſumendo ex primo poſteriorum 10. 25. & cap. de unitate ſciẽtiæ com. 178. Tunc perfecte cognoſcitur res cum ipſam & ſpecies, & accidentia, atq; per ſe principia eius cognoſcamus, Quoniam omnia per ſe alicuius rei neceſſario debent cognoſci ab arte, quæ per accidens debet dimittere. 5. phiſicorum. 6. 6. methaphi. 6. 1. poſt. 32. & locis ſupra dictis, cum ergo ſubſtantia habeat principia. ſ. materiam & formã. 5. methaphiſices cap. de ſubſtantia, primo phiſicorum. 65. 2. de anima. 2. merito qui tractat de ſubſtantia inquantum ſubſtantia, debet tractare de principiis ſubſtantiæ neceſſario, aliter diminutus, & in artificialiter, quoniam ergo in prædicamentis Ariſt. non tradidit principia ſubſtantiæ & prædicamentorum merito non tradidit illa inquantum ſubſtantia & inquantum entia, uel ergo diminutus Ariſtoteles & in artificialis quod non dicendum, uel potius hoc eligendum, q. non in quantum entia & talia ſunt in prædicamentis hæc conſiderantur.

AD hoc reſpondet ipſe mirandula concedendo q. iſte tractatus per ſe ſine methaphiſico auxilio ſit diminutus. Tamen coniunctus methaphiſicæ ſic eſt perfectus. Itaq. nec ipſe ſolus nec methaphiſica ſola ſine ipſo ſint perfecti, ſed ſimul faciunt tractatum iſtarum rerum perfectum.

QVod uero methaphiſicus diminutus ſine libro prædicamentorum, nos ſupra improbauimus, Quod uero iſte liber ſit diminutus ſine methaphiſica, quoniã non tradit principia iſtarum rerum, hoc eſſet uerum, ſi perfectam iſtarum rerum cognitionem in logica intenderemus. Qualẽ aũt cognitionẽ intẽdat Ariſt. dare in prædicamentis, & ad qd utilis, & quomodo in logica, poſterius dicetur tanta enim & talia debet artifex eligere, quanta & qualia ad finem ſuum ſunt utilia. 7. methaph. 23. 3. ethicorum. 6.

AD illud uero q. ſubdit Madius, non refert, eaſdem eſſe diffinitiones hic, & in methaphiſica & non eſſe tractatum methaphiſicum eſt quid impoſſibile credi, imo contradicit regulæ ipſius Ariſtotelis 6. methaphiſi. 2. quomodo diffinit ita conſiderat artifex, & artes diuidi per modum conſiderandi, primo poſt. 178. 2. phiſicorum. 17. Ergo per modum diffiniendi. Impoſſibile eſt ergo eaſdem habere diffinitiones & non habere eundem modum conſiderandi. Et ideo non idem tractatus eſt impoſſibile.

MIrandula uero ad hæc, & ad authoritates pro Madio contra nos, aliis longioribus uerbis digreditur, ſed ſuum ſit hoc modo ſoluere, Non. n. authoritatibus diſputãdũ, ſed rõnibus q̃s & piparetticas eſſe, & Ari. atq; Auer. ſentẽtia ſumere, nobis en:tendum.

COntra hoc arguit Simplicius in prædicamentis, Quod non tractatur de ipſis ut entia. Sumendo duo fundamenta, primum tractatum iſtum eſſe logicum. 2. non eſſe methaphiſicum. Tunc arguit. 6. methap. 2. ens inquãtũ ens et omnia ut entia a methaphiſico non autẽ a logico conſiderari poterit, quoniã artes differunt per modũ conſiderandi proprium, pri. poſteriorum 178. 2 phiſicorũ 17. 18. Cũ ergo liber p̃dicamẽtorũ ſit logicus et non metha. Merito non hæc conſiderare poterit ut entia.

RAtio iſta petit in principio, debuerat enĩ pbare, q. ſit logicus iſte tractatus & non metha. ſecũdo nos pbamus q. ſit metha. & non logicus. hoc modo, inquantũ entia conſiderat iſta, ergo methaphiſicus tractatus. Conſequentia clare patet, antecedens eſt,

probatum ſupra, quoniam modus conſiderandi ſummitur a modo diffiniendi, diffinit ut entia, ſic ergo conſiderat, iterum arguimus diffinit hæc ut entia, ergo non logicus, iterum arguitur, quicquid conſiderantur in arte debet diffiniri, & contineri ſub modo conſiderandi illius artis, ergo quicquid conſiderantur in logica, debet contineri & conſiderari cum modo conſiderandi logices, qui modus conſiderandi (ut ſupra clarius probatum) eſt ut ſit inſtrumentum notificandi, & ſic omnia conſiderantur in logica ut inductione patet. Tunc arguitur: quod non diffinitur cum modo conſiderandi artis non eſt illius artis, ſed iſta non diffiniuntur cum modo conſiderandi artis logices, qui inſtrumentum notificandi ut clare patet inſpectione facta, non ergo conſideratio iſta eſt pars logices, quæ dicit ergo ſimplicius & falſa, & eius ratio patit in principio.

Quod iſtæ Liber non ſit pars logices.

VIſo quid ſubiectum huius libri .ſ. q. decem prædicamenta inquantum entia ſunt, arguimus ex hoc, q. iſtæ liber non ſit pars logices. Et primo arguimus eſt conſideratio methaphiſica, ergo non logica Probatur antecedens & conſequentia: & primo antecedens, ſummendo, unum ſæpius dictum; ex primo poſteriorum 20. 25. & cap. de unitate ſcientiæ, commen. 178. eadem ars conſiderat ſubiectum totale & ſpecies eius. Summimus alterum ſubſtantia ut ſubſtantia eſt ſpecies entis perſe, ergo conſideratio de ſubſtantia in eadem arte in qua de ente conſiderantur. Tunc arguimus in forma, in eadem facultate de ente & ſpeciebus entis .ſ. ſubſtantia & nouem accidentibus, ſed 4. methaphiſices primo, de ente in methaphiſica, ergo de ſubſtantia & nouem prædicamentis in methaphiſica neceſſario debet conſiderari.

PRobatur conſequentia, ſummendo unum ex primo poſteriorum cap. 20. com. 25. artes ſunt impermiſtæ, & eſt ratio, quoniam unaquæq; ars habet ſubiectum proprium, primo poſteriorum cap. de unitate ſcientiæ in ſciẽtia aũt non poſſunt conſiderari niſi eſſentialia illius ſubiecti locis dictis. ergo & ſpecies eſſenciales illius ſubiecti cũ ergo ſubſtantia & p̄dicamenta alia ſint ſpecies eſſentiales entis quarto methaſicæ ſecundo. Non ergo poſſunt eſſentialiter a logico conſiderari: quoniam logici ſubiecti non erunt eſſentiales ſpecies. Quare autem & quomodo in logica de ipſis poſterius dicemus.

ARguimus iterum, ſummendo illud quod diximus ſupra, & maxime in præcognitionibus neceſſario quicquid conſiderat ars, uel ſubiectum totale, uel ſpecies per ſe ſubiecti totalis, uel paſſiones, uel principia propria & per ſe illius ſubiecti totalis. iſta uero prædicamenta nullum iſtorum ſubiecti logices: Ergo: Maior clara ex Ariſtotile primo poſteriorum. 20. 25. capite de unitate ſcientiæ commento. 178. Minor etiam eſt clara ſummendo quod ſupra probauimus in declarando quid ſit ſubiectum logices. ſ. q. ſint ſecundo intellecta ut inſtrumenta notificandi. Nunc probamus q. ſecundo intellecta ſint conſiderata ab ipſa logica. authoritate & ratione. Ratione nam primo topicorum. 8. finis logices eſt dare inſtrumenta ad acquirendum alias artes & ſcientias, quæ conſiderant res ipſas ſecundo poſteriorum primo, quæ ſunt primo intellecta: non ergo poterit logica facere cognoſcere inſtrumenta quæ ſunt primo intellecta, quoniam iſtæ ſunt res notificandæ, per inſtrumenta, Merito igitur logica de ſecundis intellectis non autem primis, Hæc igitur prædicamenta uerbi gratia dicere ſubſtantiam qualitatem &c. ſic etiam, albedo, ſuperficies, & corpus non ſunt ſecundo intellecta ut clarum: ergo non poſſunt conſiderari a logico, Sic etiam q. neq; paſſiones eius, uel ſpecierum rerum conſideratarum in logica.

SI quis tamen contra hoc proteruire uolueris, nullo pacto alio dubitare poſſet, q. ſit Aliquid logices, niſi ut principia enuntiationis ſicuti dicunt alii: & ſic ut principia & partes ſimplices enuntiationis conſiderari poſſibile foret.

NOs autem improbauimus ſupra, q. non ſint partes ſimplitiores recitando opinionem Genuæ: Quod autem non ſint partes per ſe enuntiationis recitando opinionem Tomitani.

ITerum Arguitur, q. non ſit pars logices, ſummendo iterum illud quod diximus ſupra, quicquid conſideratur in arte: cõtinetur ſub modo conſiderandi illius artis neceſſario primo poſteriorum. 178. commento ſecundo phiſicorum. 17. 6. methaphiſices ſecũdo, Summo alterum modũ conſiderandi ipſius logici primo poſteriorũ in prologo.

prologo 2. poſteriorum primo in principio epitomatum logicalium, & methaphiſicaliũ. 7. methaphiſices 4. & Ariſto. primo topicorum . eſt ut ſit inſtrumentum ad alias artes & ſcientias. Tunc arguimus quicquid conſideratur in logica, debet conſiderari ut inſtrumenta ad miniculantia alias artes & ſciẽtias: iſta non conſiderantur huiuſmodi. Ergo non conſideratio logicalis, Maior nota per ſumpta, Minor ꝓbatur, ſummendo etiá ſuperius dicta, modum conſiderandi per Ariſto. 6. methaphi. 2. ſumitur ex modo diffiniendi. Tunc ſic ſicuti diffinit ita conſiderat, ſed non diffinit iſta ut ſunt inſtrumenta ad cognoſcendum aliquid, ut patet inductione facta, & ex proprietatibus attributis eis, merito ergo non conſiderantur in quantum inſtrumenta.

ITerum arguimus, inductione facta in rebus conſideratis a logica, omnia ſunt 2. intellecta, & termini 2. intellecti non autem termini ſignificantes res ipſas, ſed res in intellectu & 2. intellectas, ſicuti declarauimus in præcognition bus logices, ſubſtantia autem ſignificat rem ipſam extra animá, & ita etiam aliæ res in prædicamentis conſiderate non ſunt huiuſmodi ut clarum.

ITerum arguitur, ex auerrois primo poſteriorum in prologo, logicus debet conſiderare res in uniuerſali, non autem differentias ultimas, & ſic etiam debet conſiderare quid nomen in communi, quid terminus in communi. quæ ſunt autem iſta nomina. Et qui ſunt iſti termini, & quæ ſunt ſubiecta & prædicata & differentias ultimas ipſis dare non amplius eſt logici negotii, ſicuti ſupra clarius probauimus, & dedimus huius rei cauſam, quare non poteſt ſe extendere ad declarandum quid ſignificat tale nomen. ſ. ſubſtantia, & an ſubſtantia uel aliquid decem prædicamentorum poſſit eſſe ſubiectum uel prædicatum uel principia enunciationis uel aliquo altero modo poſſibili imaginari, quæ omnia clarius ſupra probata.

ITerum arguimus ratione auer. in ultimo expoſitionis porphi. iſta prædicaméta uel conſiderantur in logica ut nomina & ſic in libro periher, uel ut termini in communi & ſic in libro priorum, uel ut prædicata in quid uel in quale, & ſic tractantur in libro topicorum, uel ut perſe uel per accidens, & ſic in libro poſteriorum ſicuti ſupra diximus, non ergo neceſſarius liber iſtæ.

ITerum arguimus, ſicuti infra clarius declarabimus, ſummendo unum ex 7. methaphiſicæ 21. 2. eticorum 6. 2. phiſicorum 91. illa ſunt neceſſaria arti quæ eliguntur ex fine proprio ipſius artis & facultatis, ſed iſta non eliguntur ex fine proprio facultatis logices, ergo non debent conſiderari a, logica, maior nota per loca ſupra ſumpta. Minor eſt nota ſumendo unum finem ipſius logici negocii pronunc eſſe demonſtrationem. quæ non poteſt cognoſci non cognito ſillogiſmo, nec ipſum non cognita propoſitione, nec ipſa non cognitis ſuis principiis, ſimpliciſſimis. ſ. nomen & uerbum, & quoniam non datur ſimplitius in logica ipſo nomine & uerbo. ſicuti ſupra probauimus ideo hic ceſſat reſolutio hic incipit ergo ordo compoſitiuus & factiuus, et ideo dicebat Ariſt. pri. periher cap. pri. primum oportet dicere quid ſit nomẽ & quid uerbũ in logica. Quod uero nomen ſit ſimplicius dictum eſt ſupra illud ſimplicius a, quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia ſi datur ſubſtantia ergo nomen, ſed non econtra, quia poſſunt eſſe alii termini non methaphiſicales. Præterea genus ſimplicior, ſpecies compoſitior: ſubſtantia uero inquãtum a, logico conſiderari poſſit non niſi ut nomen & ſub nomine, de qua nomen in quid prædicatur. Præterea quid ſimplicius in logica dici poteſt, q̃ uox ſignificat ua ad placitum ſine tempore, ſubſtantia uero eſt uox ſignificatiua ad placitũ ſine tempore, & addit ultra quæ ſignificat talem naturam, quæ perſe poteſt exiſtere. Cum ergo diffinitio nominis eſt ſimplicior diffinitione ſubſtantiæ ergo & diffinitum ſimplicius. Tum quoniá illa ſunt partes & principia enunciationis p accidẽs, ſicuti clarius ꝓbauimus ſupra, contra Tomitanum.

Opinio Abratii.

ABratius inter, huius accademiæ philoſophos non ultimæ claſſiis, huic etiam rationi reſpondere tentauit, hoc modo dicens. Ratio ueſtra eſt huiuſmodi, illa neceſſario ſpectant ad logicum quos ex notione finis reſoluendo ipſum in ea quæ ordinata ſunt ad finem adinueniuntur ſpectare ad logicum, inter hæc non reperiuntur prædicamenta quare &c. Pro ſolutione cuius notabat, q, principale propoſitum in logica eſt agere de duobus organis noſtri intellectus in comparanda ſcientia rerum, qua ſunt demonſtratio, atq; definitio, hæc ſane quum applicantur rebus, ipſarum noticia diſtincta habetur. Verum quia cognitio confuſa præcedit diſtinctam decuit Ariſto. in logica tradere noticiam confuſam

rerum quibus illa duo organa ſunt appli-
cáda quia quiſpiam diceret o Ariſt. quum in
tendas exponere in logica definitionẽ, atq;
demonſtrationem, quæ ſunt applicandæ ip-
ſis rebus non ne trades quandam notitiam,
qua anticipemus iſtas res, quibus hæc orga-
na ſunt applicanda ideo ipſe in logica inſti-
tuit tractationem de uocibus ſignificantibus
10. genera rerum. Et hoc quidem tradendũ
eſt in logica, nam commune eſt omnibus ar-
tibus, & quæ communia ſunt omnibus arti-
bus traduntur in logica. Neq; ſuperflua fuit
contẽplatio eorundẽ in pri. periher ſiquidẽ
illæ uoces ſimplices in libro prædicamento
rum cognoſcuntur notitia confuſa quatenus
duntaxat referuntur ad ſua ſignificata & non
catherizantur characteribus nominis & ver
bi, quorum delienamenta faciunt ad diſtin-
ctiorem cognitionẽ partium orationis, quod
factum fuit poſtea ab Ariſt. in pri. periher.
Quare uterq; tractatus de ſimplicibus, & li-
ber prædicamentorum, & principium pri.
periher. neceſſarius eſt ipſi logico hæc qui-
dem ad materiam rationis. Ad formam ue-
ro dicimus negando q, ex ſolutione finis lo
gicæ non deuenimus ad alia ſimplicia niſi ad
nomen, & uerbum. Immo deuenimus ad. 10.
uoces ſignificantes 10. genera rerum, ſiqui-
dem notitia partiũ orationis per nomen &
uerbum eſt notitia diſtincta, ad notitiam di-
ſtinctam præcedit confuſa, hæc autem earũ
dem partium non habetur niſi in libro præ-
dicamentorum quare &c. Hæc ad rationem
noſtram dicebat Abratius Philoſophus ſub
tiliſſimus, & compatriota noſter.

HAEc ſunt uerba huius excellentiſſimi &
ingenioſiſſimi hiloſophi tamẽ cum nun-
q̃ ueritati præponenda ſit Amicitia, primo
igitur Arguimus contra ſuum notatum prius
ſ. q, principale propoſitum & ſubiectum in lo
gica ſit demonſtratio & diffinitio, ita q, per
ipſum ſequitur ut duo hæc inſtrumenta. ſ. de
monſtratio & diffinitio ſint ſubiecta principa
lia in logica, quod quidem (iudicio meo) non
eſt recte dictum. Probauimus enim ſupra &
in præcognitionibus q, ſubiectum principa-
le eſt prima & pfectior pars ſubiecti totalis,
Cum ergo unus ſit illud quod eſt perfectius,
cũ natura abhorreat æqualitatem, Ideo unũ
tantum ſubiectum principale probatur au-
thoritate, & ratione, authoritate Auer. 8. phi-
ſicorum pri. primus motor eſt prima inten-
tio, & ſubiectum principale in libris phiſico-
rum, quoniam primus motor eſt principium
nobilius inter principia conſiderata in libris
phiſicorum probatur etiam ratione. Nam. 3.
ethicorum 6. 7. methaphi. 13. illud quod pri
mo, & principaliter intendimus eſt ipſe finis;
ad quæ omnia alia ordinantur 2. phiſicorum
& 2. poſteriorum cap. de cauſis, ſi ergo ad fi
nem omnia alia quæ ſunt in arte ordinantur;
Ergo unus finis, ergo unum principaliter
intentum in arte, ergo unum ſubiectum prin
cipale, non autem duo. Non ergo in logica
duo ſubiecta principalia ſed unum tantum;
uel demonſtratio uel diffinitio, illud uero q,
ſubdit q, ideo de prædicamentis Ariſt. tra-
didit, quoniam in logica dantur inſtrumen-
ta per quæ cognoſcamus res ipſas, oportet
igitur ut res iſtæ cognoſcendæ per inſtru-
menta logicæ cognitione diſtincta, in artibus
& ſcientiis, præcognoſcantur prius in logica
præcognitione confuſa, & quoniam præco-
gnitio confuſa præcedit diſtinctam pri. poſte
riorum pri. & 2. Auer. etiam quæſiti non ſo-
lum ſubiecti & præmiſſarum ibi & in princi
pio epito. logicalium cum præcognitio con-
fuſa ſit præcognitio dirigens, quæ præcedit
neceſſario diſtinctam quæſiti.

PRimo aſſuetus in doctrina Auer. argue-
ret, ſicuti Arguit contra alphar. dare dif
ferentias ultimas inſtrumentorum non per-
tinet ad logicum ſed ad alium artificem, cau
ſa eſt iſta, quoniam logicus conſiderat rem
in uniuerſali, & inſtrumẽta in uniuerſali, non
autem in ſingulari, & ſic dat regulas & condi
tiones inſtrumentorũ in communi, & eſt ra
tio quoniã qui tribuit inſtrumenta propria
arti propriæ debet cognoſcere naturam pro
priam rei cognoſcendæ per inſtrumentum
proprium, eſt ratio ex 2. methaphi. 14 primo
ethicorum 2, non omnibus rebus idem in-
ſtrumentum eſt tribuendum, ſed qualis ma-
teria tale debet eſſe & inſtrumentum, igitur
qui cognoſcit inſtrumentũ rei uel artis, opor
tet ut cognoſcat naturam rei uel artis, dat er
go & cognoſcit naturam inſtrumentorum in
communi non autẽ qualibus inſtrumentis &
quæ ſunt inſtrumenta quibus utitur natura-
lis uel methaphi., dicit n. logicus ſimpliciter
demonſtratio eſt p cauſam notã nobis & na
turæ, demonſtratio propter quid eſt per me
dium notum naturæ tantum & non nobis,
demonſtratio quia eſt per medium notum
nobis tantum, ſic dicimus logicum non deſcẽ
dere ad ſingularia inſtrumentorum, a ſimili
in cauſa & nos arguimus, q, bene uerũ eſt, q,
logicus debeat dare conditiones quæſitorũ
in genere & in ſpecie. v. g. in genere quæſitũ
eſt illud quod eſt ignotum 2. poſteriorum

primo

primo ſpecies autē ſunt quatuor,ſieſt,qa eſt, propter quid,& quid:debet etiā logicus declarare quæ ſunt iſta quæſita & quomodo ordinātur ſe adinuicē,& in rei ueritate facit hæc Ariſt. 2.poſteriorum primo, ſic etiam quæ & quot ſunt quæſita topica in libris topicorū,quæ uero ſunt quæſita propria propriarū artium,uel ſcientiarū,quæ cognoſcūtur per demonſtrationē, uel per alia inſtrumēta logica.non amplius eſt logici negotii, & eſt ratio ſupra dicta ,quoniā logicus non deſcendit ad ita particularia,& eſt ratio quoniā non cognoſcit naturas rerū conſiderandarum in aliis facultatibus. Non ergo dicēdū q. Ariſt.in libro prædicamētorū præcognoſcat illud quod poſtea quærēdū eſt in aliis artibus & ſciētiis,logica enim dat regulas & conditiones inſtrumētorū et quæſitorū,non aūt dicit quæ ſunt pmiſſæ et quæ ſunt quæſita cognoſcenda per præmiſſas, & ſtultum eſt credere,q. illud quod cognoſcendum eſt in aliis, artibus & ſcientiis præcognoſcamus in logica.

PRæterea arguimus contra hāc cauſam ab ipſo aſſignatā, nā ſequitur p ipſum met, q. iſte liber non ſit neceſſarius in logica,& ſumimus unum,pri.poſt.2.& 25.præcognitio quæ fit ī arte & rerū conſideratarum neceſſario in arte, dicit q. ſubiectum,principia, & paſſiones neceſſario debent præcognoſci uel ſumi tanquā manifeſta, quæ ſunt res neceſſario conſideratæ in aliqua facultate. pri. poſt. 20,25.& cap.de unitate ſcientiæ. Tunc arguimus,præcognitio neceſſaria per fundamentum,eſt rerum neceſſario conſideratarū in arte,ſed hæc non ſunt neceſſario conſiderata in logica,quoniā nec principia,nec ſpecies,nec paſſiones rerum conſideratarū,a logico,& etiā ipſemet concedit dicit enī. q. hic præcognoſcit res quærēdas in artibus p hæc inſtrumenta, ergo non in logica per ipſum, non igitur,in logica neceſſaria præcognitio iſtorum, non neceſſarius ergo ille liber per ipſum met.

PRæterea per hāc rationē ſequeretur, q. iſte liber non eſſet logicus, Et ſumo ſua fundamenta,pri.poſt.20.& 25.omnis doctrina ſit ex præexiſtenti cognitione confuſa neceſſario. Addimus tamen,q. iſta præexiſtēs cognitio debet pcedere,diſtinctā ſed in eadē arte:& hoc uel in phemio & ī principio cuiuſq; libri.3.Rhetori:cap.de prohemio,in prohemio inueniuntur præcognoſcuntur res docendæ in tractatu præcognitione dico confuſa. proponitur ergo & præcognoſcitur res conſideranda & tractanda in tractatu præcognitione confuſa,dico rem conſiderandam & ſubiectum totale in communi præponimus in prohemio, in principio uero cuiuſq; capituli ſemper Ariſto.præcognoſcit & præponit ſingularia quæſita artis,non autem quæſita,de ſubiecto in uniuerſali. Sic igitur dicimus q. res in uniuerſali præponantur & præcognoſcantur in prohemio,in particulari uero et particularia quæſita:& prædicata demonſtranda de ſubiecto,uel ſpeciebus ſubiecti præponit Ariſto.in principio cuiuſq; capituli, ſit igitur quomodocunq; ſemper res quærēda in arte præcognoſcitur in arte propria:non autem in alia arte,quoniam ergo iſta non ſunt cognoſcenda doctrina diſtincta in logica(per ipſum)& tractatus prædicamentorum eſt præcognitio ad iſta, & præcognitio in eadem arte in qua diſtincta habetur cognitio,ergo nō in logica debet fieri hæc pcognitio, ſed in alia facultate in qua diſtincta habetur eorum cognitio.

ADdamus nos:ſed cognitio diſtincta iſtarum rerū habetur in methaphiſica,quoniam totale ſubiectum,& ſpecies ſubiecti totalis in eadem arte pri.poſt. cap. de unitate ſcientię hæc autē ſunt ſpecies entis,de quo in methaphiſica. Ergo & iſtarum cognitio diſtincta in methaphiſica, ergo & præcognitio Tractatus igitur iſte eſt methaphiſicalis, & hoc fit in 5. methaphiſices, inſanum igitur eſt credere q. præcognitio rerum conſideratarum in methaphiſica,fiat in logica.

QVid uero dicamus de altera ratione quā ſubdit.ſ.q. liber prædicamentorum eſt neceſſarius,& arguit hoc modo,quæ ſunt cōmunia tradenda ſunt in logica,hæc uero ſunt cōmunia,ergo in logica. Pace tanti uiri. primo ratio iſta peccat in forma,niſi enim maior fuerit uniuerſalis ī prima figura non erit ſillogiſticus ſed,a ſilogiſticus modus arguendi,in hac uero ratione maior eſt indefinita quæ æquiualet ipſi particulari in ſillogiſmo ſi uero dicat,q. maior quamuis ſit poſita indefinite tamen in ſe uniuerſalis. Tunc nos dicimus q. ſit falſa illa maior. Non enim eſt uerum, q. omne cōmune conſideretur in logica, nonne, methaphiſicus eſt artifex cōmuniſſimus primo poſteriorum 27. cap. com.25. primo phiſicorum 8. 4.methaphi. 5. & eſt ratio nam 4.methaphi. primo methaphiſicus conſiderat res ſuas inquātū entia ſub iſto modo cōmuni & uniuerſali inquātū ens,aliæ autem artes conſiderant ens & ſubſtantiam, non tamen inquantum ens eſt &

ſubſtantia, ſed ſub modo proprio conſiderandi 2. phiſicorum 17. primo poſteriorum 178. Non ergo eſt uerum quod communia cunctis artibus in logica poſſint conſiderari uniuerſaliter faciendo hanc propoſitionem. Præterea ſi ſtandum eſt doctrinæ peripateticæ & rationi, debemus concedere illud quod ſæpius ſupra dictum & probatum, quod dicit Auerrois primo poſteriorum in prologo. 19. textu, & in principio epitoma logicalium, in logica non cognoſcuntur res uniuerſales uel particulares, ſed dantur regulæ ad cognoſcendum inſtrumenta in uniuerſali, non autem res uniuerſales, non ergo res communes conſiderandas cunctis artibus conſiderat Ariſtoteles in logica, ſed inſtrumentorum communiter ſeruientium cunctis artibus ſecundum ſubiectam materiam Ariſtoteles in logica regulas tradit. Et ideo uidetur uir iſte aliquo modo deuiare a peripatetica doctrina, cum dicat in logica conſiderari illud, quod in rei ueritate non conſideratur, conſiderantur enim regulæ inſtrumentorum quæ communiter ingrediuntur alias artes & ſcientias ad cognoſcendum in eis ueritatem rerum ignotarum, non autem conſiderat res cognoſcendas communes cunctis artibus & ſcientiis: quoniam ibi & non in logica illa cognoſcantur.

Præterea inductione facta, in tota logica non conſideratur communia cunctis artibus, quomodo nominis conſideratio: uel ipſum nomen uerbum, oratio, ſillogiſmus, demonſtratio & aliæ ſpecies ſillogiſmi, uel ut melius dicam, regulæ ad cognoſcendum hæc ſunt communia cunctis artibus? non enim iſta, Bene uerum eſt, q. uſus iſtorũ eſt communis cunctis artibus ſecundum ſubiectam materiam, non autem iſta, de ſillogiſmo enim ſolum in logica tractatur & ibi dantur regulæ & conditiones de eo, in aliis autem facultatibus utimur illo habitu edocto in logica. & ſillogizamus, non autem docemus quid ſit ſillogiſmus etiam & eſt ratio, quoniam modus conſiderandi dat eſſe & unitatem (ſicuti ſæpius dictum) ipſis artibus modo conſiderata in logica ſunt 2. intellecta inquantum inſtrumenta notificandi, aliæ autem artes & ſcientiæ ſolum primo & non ſecundo intellecta conſiderant. Merito igitur in logica non conſiderantur communia cuntis artibus.

Præterea neq; minor eſt undiq; uera, ſcilicet q. hæc ſint communia cunctis artibus, probauimus enim ſupra, q. omnia quæ continentur ſub uno modo conſiderandi & genera & ſpecies & principia atq; paſſiones neceſſario in una arte: cum ergo ens & ſpecies, entis quæ ſunt iſta: decem prædicamenta inquantum entia neceſſario in methaphiſica & non in alia arte, falſum igitur eſt q. iſta decem prædicamenta ſint res cõmuniter conſiderate a cunctis artibus, Bene uerum eſt, q. iſta inquantum res conſiderata ſine modo conſiderandi methaphiſices poſſunt a, pluribus artibus conſiderari uerbi gratia corpus in methaphiſica inquantum ens, ut ſanabile in medicina, ut naturale in philoſophia naturali: ut quantum in mathematica. Res ergo conſiderata eſt communis cunctis artibus non autem ens uel corpus inquantum ens, uel ſubſtantia inquantum ſubſtantia eſt, quoniam hoc modo ſolum in methaphiſica, ſi igitur ſubſtantia ut ſubſtantia conſideratur in prædicamentis, ergo ut ſpecies entis, ergo in methaphiſica tantum, ergo non communis cunctis artibus, quoniam modus conſiderandi apropriat rem conſideratam faciens differre ab aliis artibus.

Præterea ſequeretur ut methaphiſica eſſet logica: et ſumimus unum ſubſtantia & decem prædicamenta ſunt res conſiderate a methaphiſico, et ideo ſunt res communes, quoniam ſit modus conſiderandi methaphiſices, ſed per ipſum omnia communia conſiderantur in logica, ergo iſta conſideratio methaphiſicalis rerum communium eſſet logicalis, quod maxime abſurdum.

Præterea ſubdit. Neq; ſuperfluam eſſe conſiderationem iſtorum in diuerſis locis. ſ. in libro prædicamentorum & in libro perihermenias, quoniam non eodem modo utrobiq; de illis ſimplicibus uocibus, ná in libro prædicamentorum habetur tantum confuſa eorum cognitio, in libro uero perihei. diſtincta.

Primo ſupponit unum, q. in libro prædicamentorum tractatur illud met quod etiam in principio periher. uellem cognoſcere quomodo tractetur idem, uel ſubiecto uel ratione, non ratione, quoniam ipſe met concedit: & ſic clare foret alter illorum tractatus ſuperfluus Non ſubiecto, probatum eſt enim ſupra ex 4. methaphi. 3. q. illa ſint idem re et ſubiecto quæ ſimul generantur

rantur & corrumpuntur, & conuertuntur hæc uera non huiuſmodi: ergo, minor probatur, uniuerſale et particulare non ſunt idẽ ſubiecto neq; conuertuntur in prædicamentis capit. de priori, (cum ergo ut latius ſupra probatum) nomen ſit uniuerſalius iſtis, non igitur conuertuntur, ergo non idem ſubiecto.

PRæterea ut patet, nomen uerbum, etiam ſunt termini 2. intellecti, illa uero quæ in prædicamentis, primo intellecta, modo prima & 2. intellecta non ſunt idem.

PRæterea. & ſi eſſent idem ſubiecto differrent ratione. quærerem quæ eſt iſta differentia, uel enim conſiderantur ut primo intellecta, & ſic non poſſunt conſiderari a logico, uel ut ſecundo intellecta, & ſic uel ut nomina, uel prædicata & ſubiecta, uel ut prædicata inquid uel inquale, uel ut prædicata perſe uel per accidens: ſi ut nomina uel ſpecies nominum, hoc modo uel in libro perihermenias, uel neceſſario poſt librum perihermenias de prædicato in communi atq; ſubiecto, in libris priorum, de prædicato inquid uel inquale in libris topicorum, ut perſe uel per accidens in libris poſteriorum, Reſtat igitur, ut non poſſint hæc conſiderari ut 2. intellecta 1 igitur, non conſideratio logices 1 Nec eadem conſiderantur in libris prædicamentorum & periher.

PRæterea ſubdit dando cauſam quare non ſuperfluus, & bis inutilis repetitio eiuſdem rei nam in libro prædicamentorum habetur iſtorum præcognitio confuſa, in libro perihermenias diſtincta. Per rationes ſupra factas, ſequitur ut liber prædicamentorum ſit prohemium libri perihermenias; nam præcognitio confuſa (ut probatum) rerum conſiderandarum cognitione diſtincta ſit in prohemio libri in uniuerſali, ſingularium autem rerum in principio cuiuſq; capituli:

PRæterea, uidetur contradicere ſibi met, dicit, q. hic iſta conſiderantur ut præcognitiones, & ſunt eadem illis quæ conſiderantur in libro periher. cognitione diſtincta, ſupra uero dixit q. dat præcognitionem confuſam rerum diſtincte cognoſcendarum in aliis artibus & ſcientiis, quæ ſunt quæſita cognoſcenda. contradicit ſibi igitur, cum dicat dari in hoc libro prædicamentorum præcognitionem confuſam, rerum logicalium, & ſupra dicit non rerum logicalium, ſed rerum cognoſcendarum per inſtrumenta logica.

PRæterea præcognoſcere illa quæ tractantur in libro periher. eſt præcognoſcere ea. quæ ſunt aliquid inſtrumẽtorum. præcognoſcere uero illa, quorum habebimus cognitionem diſtinctam in aliis artibus eſt præcognoſcere non aliquid inſtrumentorum, ſed res cognoſcendas per inſtrumenta, quare inconſtans ſibi met.

SVbdit poſtea conſiderari iſta non inquãtum nomina ſed inquantum referuntur ad ſua ſignificata, & inquantum res ſignificãt v.g. de ſubſtantia non inquantum nomen ſed inquãtum ſignificat rem quæ eſt ſubſtantia, ego certe talia dicere non auderem. Non enim res ipſas, ſed nomina rerum in artibus & ſcientiis traduntur. res ipſas exprimentes, res autem non poſſunt adduci, ideo utimur nominibus pro rebus res ipſas tamen exprimentes. Dicat, igitur mihi uir iſte de ſubſtantia inquantum rem ſignificat. ſ. ſubſtantiam, non ne in methaphiſica, ergo non in logica, impermixtæ ſunt enim artes: per regulas ſupra dictas & ſi dicat, q. hic cognoſcantur cognitione confuſa, ibi diſtincta, ſic dicemus q. ſit uerum, ſed tunc per regulas ſupra dictas non eſt pars logices liber prædicamentorum, ſed prohæmium methaphiſices, & ſic tractauit hæc in methaphiſica. ſ. in 5. libro, unde ſeipſum condemnare uidetur. ſ. q. liber prædicamentorum non ſit pars logices, ſi hæc ſimpliciter conſiderantur ut reſpiciunt ſua ſignificata.

QVo uero ad illud, quod dicit, q. in utroq; libro de ſimplicibus; ſed in libro prædicamentorum non ut nomina: & ideo neceſſarius ille liber. totum ſequitur oppoſitum, per rationes ſuas met, q. in libro prædicamentorum non de ſimplicibus. Et ut nomina, & q. non ſint neceſſaria logicæ. Primum probauimus ſupra pluribus rationibus. & dicemus infra, q. ſimplicius quod poteſt conſiderari in logica eſt nomen, & uerbum per diffinitiones ſuas.

PRæterea etſi uterq; liber de ſimplicibus, tamen impoſſibile eſt ut non ſimpliciori modo conſiderentur iſta in libro perihermenias quam in libro prædicamentorum quare ſequeretur ut Ariſtoteles inartificialis fuiſſet in tradendo iſta pri. in libro prædicamentorum. poſtea in libro perihermenias, & hæc omnia probauimus ſupra, q. uero per ſua dicta ſequatur, q. non de ſimplicioribus, tractetur in libro prædica-

fiat primo priorum 37. primo topicorum 4. ut idem ualeant in ſignificato et facilior, hoc autem non uidemus in libro prædicamentorum, diffinitiones enim illæ ſunt difficiliores non æquiualent, neq; eiuſdem: quomodo igitur ſunt p̃cognitiones illæ diffinitiões quę habẽtur in libro prædicamentorum illarũ rerum, quæ diſtincta cognitione noſcuntur in libro perihermenias.

PRæterea (niſallor) clariſſime uidetur ſibi contradicere, primo enim dixit conſiderari hæc, & eſſe neceſſaria quoniam præcognoſcit cognitione confuſa ea quibus inſtrumenta logica ſunt applicanda instrumenta autem logica applicantur aliis artibus et ſcientiis primo topicorum 4. ergo per ipſum præcognoſcuntur res aliarum artium & ſcientiarum cognitione confuſa hic autem dicit præcognoſci res quæ tractantur in libro perihermenias et non in aliis artibus, quare clare ſibi contradicere uidetur.

INutilem et non neceſſarium facit hunc librum, cum dicat, in eo cognoſci confuſa cognitione, quæ diſtincte in libro perihermenias. Quoniam præcognoſcit illa in prohemio ſui libri, ergo liber prædicamentorum ſuperfluus, cum inutilis ſit eiuſdem repetitio quod inconueniens.

SEd dubitare contingit circa prædicta, tractare de uniuoco & æquiuoco nomine pertinet ad logicam ſunt enim nomina, ſecundo intellecta. Reſpondemus q, clarum eſt, ſed non in hoc loco, declaramus exemplo, ſicuti de ſubiecto & prædicato tractatur in diuerſis locis, ut termini reſpectu propoſitionis in communi, ſic in libro priorum ut prædicata, in quid uel i quale, in libro topicorum ut per ſe uel per accidens in libro poſteriorũ, ut uero reſpiciunt enunciationem ſic uocantur nomina, & hunc de eis in libro periher. Pari igitur ratione, de nomine uniuoco, & æquiuoco, ut eſt pars enunciationis in libro periher. & in primo libro cap. 4. 5. & 10. perihermenias cap. pri. enunciatio eſt quæ ſignãt unum de uno. i. ut ipſe met ſe exponit, unum prædicatum de uno ſubiecto. i. q, prædicatũ et ſubiectum unum & unam naturam ſignificat & non plura, ſicuti ſunt æquoca ut ſi impoſitum ſit hoc nomẽ tunica homini et equo & dicamus tunica eſt alba, non eſt una enũciatio, quia conſtat ex nomine æquiuoco habens plura ſignificata & ideo oratio plures dicitur, quoniam non a, uoce dicitur oratio talis, uel talis, ſed a, ſuo ſignificato, inquantum uero pars ſillogiſmi topici in libro topicorum, ut uero ingreditur ſillogiſmum ſophiſticum in libris elencorum. Quare patet, q, non in hoc loco ſuus eſt habendus ſermo.

PRæterea uniuerſalia neceſſario debent præcedere primo phiſicorum 4. & ſecundum notius, & ſecundum neceſſarium, ut probatum alias latius, ſi ergo iſta conſiderantur ut nomina, neceſſario nomen eſt quid uniuerſalius iſtis ergo neceſſario debet præcedere tractatus de nomine.

PRæterea primo poſteriorum 2. 6. topicorum 4. primo methaphi. 48. omnis doctrina fit ex præexiſtenti cognitione, etiam diffinitiua ex præexiſtenti cognitione partium diffinitionis, ſi ergo in diffinitione iſtorum ſumitur nomẽ, merito nominis tractatus neceſſario debet præcedere. quare liber periher. erit primus liber.

PRæterea intantum conſiderantur hæc in logicã inquantum ſunt nomina ergo neceſſario in eo libro in quo de nomine nam totum & pars in eodem libro & maxime quãdo non indigent ſic longo, uel prolixo ſermone, ſicuti ſunt iſta.

PRæterea clariſſime Ariſto. hic non diffinit nomina æquiuoca ſicuti recte aduertunt quidam Græcorum expoſitorum ſed res, dicit enim Ariſto. æquiuoca ſunt, quorum nomen eſt commune ut homo uerus & pictus conueniunt in nomine communi. ſ. in hoc nomine homo, res ergo ſunt quæ conueniant in nomine & non nomina, ut declarat exemplo Ariſtoteles, homo uerus, & homo pictus, ſunt res, non autem nomina, & ſimili modo ſunt omnia uerba Ariſtotelis in prædicamentis ſi recte inſpexerimus eius uerba, de rebus erit conſideratio non autem de uocibus.

QVod liber prædicamentorum non ſit pars logices ad mentem Auerro. clara eſt eius authoritas in epito. logicalibus in capite de rebus compo. in ultimo cap. & iterum cap. ſequenti in ultimo, dicit quanuis notitia prædicamentorum adiuuat formationem .i. diffinitionem. tamen non ſunt neceſſaria noſtræ intentioni, quam intendimus, intendit enim ipſe Auerro. epilogare res logicales & neceſſarias, epilogus enim eſt de rebus neceſſariis.

NEq; obſtat authoritas Auerrois in principio prædicamentorum & in ultimo ubi habemus. librum prædicamentorum eſſe primum librum in logica ab Ariſtoteles

ergo logicus, Ad quod (ſi bene aduerterimus) facile cum ipſo met reſpondere poſſumus, nam ipſe met ſe limitat Auerroes dicens more paraph. q, eſt primus liber ſecundum uſum noſtrum, non q, in rei ueritate ſit liber neceſſarius logices ſed ſecundum uſum. quia communis eſt uſus ipſum præponere in libris logices. Et ſimili ratione oportet reſpondere contradictioni Auerro. nam in prologo poſteriorum diſputat & concludit librum poſteriorum præcedere librum topicorum, tamen in epitomath: capi. ordinat alio modo. & primo librum topicorum & poſtea librum poſteriorum. Non credo q, hoc fecerit propter aliud : niſi propter communem uſum omnium. Vel dicamus exponendo intentionem ipſius Auerro. per illud uerbum (ſecundum uſum) quoniam iſte liber prædicamentorum exponit terminos decem prædicamentorum, & ſunt utilia in logica, quoniam ueniunt in communi uſu frequentiſſime in tota logica, ſicuti poſtea dicemus, Habemus igitur quomodo non ſit pars neceſſaria logices, neq; pars aliquo modo liber iſte prædicamentorum.

De utilitate libri prædicamentorum.

QVoniam utilitas artis non eſt aliud niſi finis cõiectatus, qui præcognoſcendus. æthicorum 6. 7. methaphi. 13. ideo utilitatem huius libri perquirere, non erit inutile.

QVærimus ergo, ſi liber iſte non ſit logicus, neq; methaphiſicus diminutus ſine iſto libro, ad quid ergo utilis liber iſte, iurarem librum iſtum non ab Ariſto. fuiſſe æditum, uel q, ſit alter Ariſto. ſicuti quidam dicunt, ut cunq; ſit tamen neceſſarius quiſquis aſſuetus in eius doctrina facile poteſt perſpicere q, non ſuus ſit loquendi mos ita longo & claro ſermone, neq; uis illa, quæ in cæteris perſpicitur eius libris in arguendo atq; reſpondendo. Et ſi dicatur forſitan q, loquatur incohantibus, adeo claro utitur ſermone. hoc non erit uerum immo apparet manifeſte q, in principio cuiuſq; operis, ſemper Ariſt. apponit uenenũ, & quid obſcurius dici poteſt, q̃ liber periher. & maxime in quibuſdã locis ſecundi libri. Ego igitur credo ſimiter q, iſte non ſit Ariſt. liber cuius alia reſtant opera, Mos enim eius loquendi ab iſto differt quãtum cœlum ab ipſa terra in Ariſt. q; doctrina aſſueti facile talem perſpicere poſſunt differentiam. Sed quoniam ut ſæpe ſæpius exclamat Auer. & Ariſt. 2. methaphi. 11. conſuetudo in aliqua re etiam manifeſte falſa non patitur diſcernere ueritatẽ ĩmo abſonum et abhominabile uidetur, ſiquis contra illud quidq̃ dicere auderet, cũ tamẽ in rei ueritate mãifeſte ſit falſum. Non mirũ igitur ſi tãti uiri librũ ipſum et Ariſt. & logicũ eſſe tanq̃ clarum ꝓſupponant Tum etiã quoniã ipſe met hic et in methaphiſica, in quibuſdã locis uidetur ſibi contradicere.

SI tamen ariſto. ſit iſte liber ipſeq; in logica locauerit. Non alia ratione factum hoc fuiſſe credo q̃ iſta. Pro qua declaranda ſumimus urium ſæpius notatũ, pri. poſt. ariſto. & auer et Themiſtius clarius 2. poſt. 9. Præcognitio qd noĩs eſt principiũ omnĩs cognitionis. Noto 2. iſti termini methaphiſicales ſunt termini cõmuniſſimi pri. phiſico. 8. pri. poſt. 69. com. 4. methaphi. pri. & 8. ingrediẽtes omnes artes & ſcientias.

SVmimus alterum intentionem ipſius logices eſſe conficere omnia inſtrumẽta, p quæ poterimus cognoſcere oĩa quæſita ignota in aliis artibus et ſciẽtiis pri. topi. 8 ita q, in logica non dicũtur ſillogiſmi tales uel tales ad ꝓbãdũ talia uel talia quæſita, ſed dãtur regulæ et conditiones, q̃uo debeãt eſſe inſtrumẽta & quæſita. v. g. q̃uo debeat eſſe demonſtratio propter quid, ſcilicet ex terminis neceſſariis & cauſa neceſſaria, ſcilicet per ſe, de omni, & inquantum ipſum.

ET quoniã res logicales, ſunt fere per ſe notę ſicuti ſupra ꝓbatũ, & qualis materia tale debet eſſe inſtrumentũ, ideo ad declarandũ hæc ariſt. manifeſtat ſemp exẽplo uel aliqua ratione facili, ut plurimũ tamẽ exẽplo, quod exẽplũ non poteſt fieri in rebus logicalibus, qm̃ tũc ꝓcederemus p æque notum uel ignotũ, ideo ſemp ſumit ariſt. ad declarãdũ has regulas p exẽpla terminos methaphi. qa ſunt communiſſimi, ſicuti ſunt iſta decem. prædicamẽta ꝓpter ſuam communitatẽ, ſicuti ſunt etiam mathematica, & ideo ne omnino ignotis utatur terminis in exemplificando & declarando per exempla res logicales, ne utatur terminis ignotis, & exẽplũ procedit ex notis primo poſt.

primo poſteriorum primo. 5. priorum cap. de exemplo, ideo dicimus. Ariſtotilem feciſſe hunc tractatum, in quo cognoſcat terminos, in quibus utatur exemplo ad declarandum logicalia, cum omnis doſtrina fiat ex præexiſtenti cognitione quid nominis, etiá exemplificariua.

SEd dubitare poſſet aliquis ex primo poſt. 2. præcognitio quid nominis eſt neceſſaria ante oẽm doctrinã, cum ergo in hoc libro præcognitio fiat, meriro neceſſarius.

AD hoc ſupra fuit reſponſum ex pri. poſt. 2. & 21. præcognitio eſſe & quid nominis neceſſaria in arte, eſt ſubiecti paſſionis & principii, quæ ſunt neceſſario conſiderata, ibi met & cap. de unitate ſcientiæ com. 178. Præcognitio ergo quid nominis neceſſaria erit rei neceſſario conſideratæ in arte, liber autem prædicamentorum non neceſſaria conſideratio ipſius logices, & ideo eorum præcognitio quid nominis non neceſſaria in logica, ſed potius ad bene eſſe, & ad declarã dum res neceſſarias rerum logicalium.

ET ex hoc patet, rationẽ ipſius Madii nullam eſſe. probat enim q, in hoc libro non conſideratur de ſubſtantia inquantum ſubſtantia eſt, quia tunc diminutus forer Ariſto. Nam in eodem tractatu, de principio & principiato, quoniam ergo in hoc libro non tractat de principiis ſubſtantiæ ergo non de ſubſtantia in quantum ſubſtantia eſt.

Reſponſio Mirandulæ erat concedendo q, iſte liber ſit diminutus atq; imperfectus, perfectus autem ſi coniunxerimus ipſum methaphiſicæ.

Nos autem improbauimus rationem Mirandulæ ſupra.

Reſtar reſpondere rationi ipſius Madii, & dicimus q, ſignum ſermonis ueri eſt ſoluere omnia dubia & ideo ſumimus unum pro reſponſione, aliquid poſſe conſiderari in arte duobus modis, de neceſſitate & ad bene eſſe, ſicuti dicebat Ariſt. primo periher. de uoce & primo priorum de ſpeciebus præmiſſarũ quæ conſideratio eſt ad bene eſſe, non autem neceſſaria in illo loco, ſed ut commodius declaretur aliquid neceſſarium in illa arte, & ideo dicitur non neceſſaria, ſed ad bene eſſe illa conſideratio: & ideo eius conſideratio nõ eſt neceſſe ut ſit omnino perfecta, ſed quantũ ſufficir ad propoſitum declarandum primo priorum primo alia ſunt quæ conſiderantur in arte neceſſario quæ ſunr illa quatuor ſæpius dicta locis ſupra dictis, ſubiectum, ſpecies ſubiecti, principia, & paſſiones, quorum omnimodam & perfectiorĩ modo quo poſſumus doctrinam perquirere debemus.

Quoniam igitur hæc neceſſario ſunt conſideranda a methaphiſico, quia ſpecies entis, & ſpecies neceſſario in illa met arte, in q̃ tractatur de genere, Ideo dicimus omnimodá & perfectam eorum cognitionem in methaphiſica tradendam eſſe & ibi omnia principia, accidentia paſſioneſq; propriæ iſtorum inueſtigandæ in logica uero quoniam non neceſſario, ſed ad declarandum neceſſaria logices ideo non perfectam eorum cognitionẽ requirimus in logica, ſed quantum ſufficit logico, ſcilicet tantum confuſam cognitionẽ eorum habendo. ſ. quid ſignificat hoc nomẽ ſubſtantia & ſic de aliis prædicamentis: Ad quod peragendum: ſufficir Ariſt per proprietates oſtendere & manifeſtare quid ſit ſubſtãtia quæ cum una & eadem numero ſit, non poſſit ſuſcipere contraria quæ cognitio confuſa, & non diſtincta, quoniam diſtinctam in methaphiſica.

ET ſi dicatur, q, Ariſto. perfecte conſiderat ſubſtãtiam. quoniam d'monſtrat proprietates & accidentia de ipſa, ad hoc clare poſſumus reſpondere, per regulam ſuam, primo phiſicorum. 2. pri. de anima. 11. q, Ariſto. non demonſtrat ſed declarat ac manifeſtat quid ſit ſubſtantia, per accidentia, quæ declaratio poteſt aliquando fieri per accidentia communia primo topicorum. 5. dummodo clarius intelligatur illud, quod declarare intẽdimus.

SEd quæritur iterum, diffinitio pri. phiſicorum. 5. facit cognitionem diſtinctam, cũ ergo diffiniat iſta in libro prædicamẽtorum, & eodem modo, ſicuti in methaphiſica, ergo in methaph. diſtinctá habemus cognitionem iſtorũ; quare & in libro prædicamentorum.

AD quod facilis ẽ reſponſio, notãdo, quædam ex. Auer. pri. poſt. 2. 2. poſt. 7. aliquã do eadem diffinitio poteſt eſſe quid rei & qd nominis quid rei ſi per uerum Genus, & uerum differentiam, & partes eius perfecte intelligantur illa uero eadem diffinitio poterit eſſe quid nominis ſi non in propria arte, uel in principio artis quoniam tunc non perfecte partes eius intelliguntur, ſicuti ſunt diffinitiones iſtorum in methaphiſica perfecta eius conſideratio & neceſſaria, & quid rei & quid nominis poſſunt eſſe diffinitiones hic autem quid nominis tantum nunq̃ autẽ quid rei.

Vnde differũt iſtæ duæ cõſiderationes in methaph. neceſſaria conſideratio hæc, quia de ſpeciebus ẽtis, & diffinitionis iſtæ quid rei &

quid nominis, quid nominis ſi non perfecte partes intelligantur, quid rei ſi perfecte.

In logica uero non neceſſaria conſideratio: quia non ſpecies uel aliquid ſubiecti logices conſideratur. Nec perfecta de his hic habenda conſideratio, ſed quantum ſufficiens logico, & ſemper in logica quid nominis poſſunt eſſe iſtæ diffinitiones non autem quid rei.

REſtat unum, quod quis quærere poſſet. ſ. quomodo uerificantur exempla, & quis modus exemplificandi in iſtis rebus ad declarandum res logicales.

REſpondeamus ſicuti fecit porphirius capite de ſpecie, cum dixerat, q. in unoquoq; genere ſunt quædam generaliſſima, & quędā ſpecialiſſima & quædam media declarat hoc exemplo in prædicamento ſubſtantiæ, unde dicit, ſit autem, hoc manifeſtum in uno prædicamento quod dicitur ſubſtantia, eſt quidam & ipſa genus &c.

Sic etiam fecit Ariſt. primo topicorum ſe primo poſtq̄ dixerat q. quædam ſint prædicata in quid quędam in quale, manifeſtat hoc in ipſis prædicamentis, ſcilicet q. inueniantur quædam predicata in quid, quædam in quale, manifeſtat hoc in ipſis prædicamentis, ſcilicet q. in unoquoq; prædicamento inueniantur prædicata in quid, ſicuti in ſubſtātia & aliis prædicamentis.

Sic etiam in libro poſteriorum in quo agitur de prædicato neceſſario, per ſe, de omni & in quantum ipſum ſemper uerificat in terminis ipſis ipſorum prædicamentorum. v. g. dictum de omni eſt: quando prædicatum prædicatur de omni ſubiecto & in omni tempore, dat exemplum ſicuti animal de homine, per ſe in primo modo, quando prædicatum ſumitur in diffinitione ſubiecti, ut animal & rationale in diffinitione hominis exemplificat in homine, rationali, & animali,

Secundus modus quando ſubiectum in diffinitione prædicati, ut riſibilitas de homine, inquantum ipſum & uniuerſale prædicatum, ut habere tres de ipſo triangulo in quantum ipſum: ipſi uero figuræ generi ſuo, uel iſoſcheli ſuæ ſpeciei per accidens non autem per ſe,

Sic etiam quid ſit genus quod aptum natum prædicari in quid, de pluribus ſpeciebus ut animal de homine & equo, ſic uniuerſaliter omnia logicalia ſemper manifeſtantur in his terminis.

PAtet igitur quomodo regulæ logices exēplificantur et declarantur in his terminis methaphiſicalibus decem prædicamentorū.

De ordine libri Prædicamentorum.

COGNITO quid ſit ſubiectum huius libri, & quomodo liber iſte nō ſit pars logices, & quomodo aliquo modo utilis ipſi logico: Reſtat nūc uidere, quomodo ordinādus inter partes logices, ſi quam retineat proportionem, .i. ante quem, uel poſt quem librum ſit legēdus.

GEnua præceptor noſter (referente Antonio Mirādula in. 2. lib. apolog. ſect. 12.) probat librum iſtum eſſe primum inter libros logices. Sumit unum cum aliis expoſitoribus, ſimpliciora debent præcedere. Sed quæ tractantur in libro prædicamentorum ſunt ſimpliciora, ergo debent præcedere, Maiorem ſumit ut notam quia clara, Minorem probat: quod eſt prius apud naturam, illud eſt ſimplicius, ſed ea quæ tractantur in prædicamentis ſunt priora apud naturam, ergo liber prædicamentorum eſt de ſimplicioribus, Quod uero ſint priora apud naturam probat in poſt prædicamentis cap. de priori illud eſt prius, a quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, liber prædicamentorum de rebus huiuſmodi, ergo. Minorem quam expectabam ut probet uir iſte, ſi probaret, manus darem uictas propter talem ergo rationem infert librum prædicamentorum primam eſſe partem logices.

ET ſi aliquis dicat q. ſufficienter in libro perihermenias de ſimplicibus actum ſit.

Reſpondet ſumendo unum ex primo phiſicorum. 1. primo poſter. primo in principio epitoma. logica. Auer. Noticia, confuſa debet præcedere diſtinctam neceſſario, quoniam eſt præcognitio quid nominis quæ neceſſario præcedit primo poſter. orum ſecundo. &. 13.

SVmit ſecundo intentionem philoſophi eſſe in tota logica de demōſtratione: & ſubdit. ſ. de modo formandi demonſtrationem: quare & de diffinitione quoniā differt a, demonſtratione ſolo ſitu, Probat primum per Ariſt. 1. priorū 1. intentionē eē de demonſtratione, & de demonſtratiua diſciplina.

EX quibus Reſpondet, non ſine maximo artificio primum librum eſſe

inter

inter libros logices, quoniam in hoc libro ha betur noritia confuſa omnium rerum, quæ manifeſtandæ ſunt per inſtrumenta tradita in logica, poſtea cognitione diſtincta in ſcien tiis realibus.

SI eius ſit hæc opinio, ſicuti recitat Miran dula, quamuis authoritati huius uiri ce dere deberemus, tamen ſi mihi pro ueritate liceret arguere, ſic dicerē, Primo arguendo, q. ordo doctrinæ eſt inter partes neceſſario conſideratas in arte, iſte liber non ſolum non neceſſarius, ſed neq; pars logices, ut probatū, quare neq; primus neq; ſecundus, neq; ul timus.

PRæterea obuiarem illi, quod dicit, dādo cauſam, quare liber prædicamentorum debeat præcedere, quia priora ſecundū natu ram, uidetur enim contradicere ipſi Ariſtote li, habemus enim eius regulam quinto metha phiſi. primo dicens, q. non a prioribus ſecun dum naturam, ſed a, quo quis faciliter poteſt addiſcere, ſit ordo doctrinæ, non ergo pro pter hoc debemus dicere aliquid præcedere, quia prius apud naturam.

PRæterea Recitando ſuam opinionem, cla rius ſupra probatum in hoc libro non tra ctari de uocibus, ſed de rebus, nec ſimplices ergo, neq; compoſitæ uoces (in quantum uo ces ſunt) in hoc libro tractantur.

ILlud uero quod ſubdit Genuatq; iſta, quę traduntur hic, ſint ſimpliciora omnibus re bus conſideratis in logica, quia prius natu ra quoniam non conuertuntur in exiſtentiæ conſequentia hoc eſſet probandum ideo ſu per hanc rem aliquantulum digredi non erit inutile complures enim in hac re decipiun tur ideo nos pro ueritate arguimus, illud eſt ſimplicius & prius a quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia per loca ſupra dicta ſed nomen & uerbum quæ tractantur in li bro perihe. ut principia enunciationis ſunt huiuſmodi reſpectu prædicamentorum ergo ſimpliciora probamus minorem, quoniam maior eſt Ariſt. & ipſi concedunt, ſumendo locum topicum qui non ſolus topicus ſed de monſtratiuus ut inquit Auer. & eſt arguere a diffinitione ad diffinitum.

ARguimus ergo hoc modo, diffinitio no minis ſit ſimplicior diffinitione ſubſtan tiæ, ergo diffinita, ergo nomen ſimplicius ipſa ſubſtantia.

Quod diffinitio nominis ſit ſimplicior, eſt clarum, ſumendo unum ex ipſo porphirio cap. de differentia ſpecies eſt compoſitior ip ſo Genere, quoniam abundat ipſa differentia ut homo eſt compoſitior ipſo animali, Quo niam in diffinitione ipſius ſumitur aliquid ultra illud quod accipitur in diffinitione a nimalis. v. g. animal eſt ſubſtantia animata ſenſibilis homo eſt ſubſtantia animata ſenſi bilis & rationalis, homo ergo eſt compoſi tior ipſo animali quoniam diffinitio homi nis eſt compoſitior, ſic & nos dicimus acci piendo diffinitionem nominis primo peri hermenias cap. ſecundo & ſubſtantiæ uel al terius prædicamenti Nomen eſt uox ſigni ficatiua ad placitum ſine tempore, ſubſtan tia eſt uox ſignificatiua ad placitum ſine tem pore. quæ ſignificat talem naturam. ſ. quæ per ſe poteſt exiſtere, ultra ergo diffinitionē nominis additur aliud ergo compoſitius.

ITerum Arguimus, illud eſt ſimplicius & prius a, quo non conuertitur ſubſiſtendi conſequentia, ſed ſi datur ſubſtantia ergo no men ſed nō e contra, ſimplicius ergo nomē.

Probatur minor, ſumendo per ipſos, de ſubſtantia conſiderari hic ut uoces aliquid ſi gnificantes. ſ. res ipſas, tunc ſic ſi datur ſubſtā tia (ſicuti hic conſideratur), datur uox ſigni ficatiua alicuius rei ſine tempore, ergo datur diffinitio nominis, iſta enim eſt primo peri hermenias cap. ſecundo tunc ultra, ſi datur diffinitio & diffinitum, igitur ſi datur ſubſtā tia datur nomen neceſſario, non autem e con tra, quoniam qualitas eſt nomen, & non ſub ſtantia.

ITerum arguimus, ut probatum. Genus eſt ſimplicius & prius natura ipſa ſpecie, ut animal prius ipſo homine, ſed nomen eſt Genus ipſis uocibus prædicamentorum, er go ſimplicius.

Probatur minor, ſumendo unum ex ad uerſario conceſſum, hæc conſiderari de ſub ſtantia & aliis prædicamentis in quantum ſi gnificant res, ergo diffinitio nominis eis conuenit.

Ergo genus uniuocum, uel analogum, in an te prædicamentis declarauimus

PRæterea illud eſt Genus porphirius, ca pite de Genere Ariſtoteles primo to picorum quarto quod prædicatur in quid non conuertibiliter primo topicorum ſex to.

Sed ſi interrogabimur quid eſt ſubſtan tia, Reſpondendum per ipſos eſt uox ſi gnificantes talem naturam quæ per ſe po teſt exiſtere, ſic de qualitate, quantitate &c. qualitas eſt uox quæ ſignificat talem naturam, ſecundum quam res dicun tur quales, Merito diffinitio nominis

per ipſosmet prædicatur in quid de una qua que uoce prædicamentorum, non conuertibiliter ergo genus, ergo ſimplicius p rationē ſupra factam.

ET in ueritate, inſani capitis eſt dicere, q. aliquid in logica poſſit excogitari ſimplicius, quam dicere uox ſignificatiua ad placitum ſine tempore, non ergo poſſumus credere, q. liber pdicamētorū de ſimplicioribus uocibus.

SEd uideamus aliquātulū illud quod ſubdit Genua reſpondendo illi rationi. ſ. q. ſatis de ſimplicibus in libro piher. actū ſit. Et primo uideamus quō ſit uerū illud fundamētū. ſ. cognitio cōfuſa pcedit diſtinctā, nā apparet uerū eſſe, ex. pri. poſt. 1. omnis nāq; doctrina neceſſario ſit ex præexiſtenti cognitione, eſſe, & quid nominis ſubiecti, & eſſe præmiſſarū & quid nominis pdicati uel qſiti primo poſt. 2. quæ præcognitio eſt confuſa cognitio nam eſſe & quid nominis ſubiecti & quæſiti, non facit doctrinam, ſed dirigit ut ſciamus quærere, & eſt ratio, quoniā aliter ſequeretur, q. idē prius cognitione diſtincta coguoſcatur, qd' qrimus cognoſcere cognitione diſtincta, qd' impoſſibile. 1. poſt. 4 Idem enim & eodem modo cognoſci & quæri ut cognoſcatur, impoſſibile. Et eſt ratio nā illud quod præcognoſcitur & quod demonſtratur ſunt contraria. 2. poſt. 33. com. quæ non poſſunt eſſe ſimul uera, primo periher. cap. 5. Neceſſario ergo præcognitio eſt cōfuſa, quam habebimus poſtea, & quam quærimus poſtea, eſt diſtincta. Sed unum aduerto, q. iſta præcognitio rei, quā uolumus præcognoſcere in ſcientia. 1. poſt. 2. & 25. eſt neceſſaria ſubiecti, paſſionis, & principii, uel præmiſſarum, quæ ſunt res per ſe & neceſſario conſideratæ in arte. 1. poſt. 20. 25. & cap. de unitatæ ſcientiæ, rei uero non neceſſario conſiderate in arte non eſt neceſſe de illis præcognoſcere nec eſſe, nec quid nominis eorū, & eſt ratio eadē, qm̄ pcognitio eſt ante diſtinctā doctrinā rei, diſtincta aūt doctrina rerum non habetur, niſi rerū q̄ ſunt artis, qm̄ artes ſunt impmixtæ, 1. poſt. 20. 55 com. q̄ ſunt illa quatuor. ſ. ſubiectum, ſpecies, principia, & paſſiones per ſe ſubiecti artis, quoniam igitur doctrina ſolū iſtorū eſt in arte, & præcognitio eſt rei de qua habere qrimus doctrinā, ergo iſtorum neceſſaria eſt pcognitio tātū, & non rei q̄ ſunt alterius artis, niſi ſumat aliqd' qd' in altera pbatū fuerit arte, & hoc dicebat Ari. 1. periher. cap. 1. tractare diſtincte quomodo fiat uox & conceptus rerum, eſt alterius hoc tractare negotii, ſcilicet ad librum de anima ſpectans, & eſt ratio quoniam artifex ſolum debet conſiderare diſtincte & perfecte in arte illa quæ continentur ſub modo conſiderādi ſuo proprio. 1. poſt. 27. 178. com. 2. phiſicorū. 17. quæ ſunt illa quatuor ſupradicta, p cognitio igitur neceſſaria eſt rerum neceſſario conſideratarum in arte.

CIrca uero illud, quod dicit in. 2. fundamēto, habetur aliqua difficultas, ſumit enim finē totius logices, eſſe demonſtrationē, nos autem cum Auer. & Ariſto. ſententia probauimus eſſe diffinitionem, nam. 7. politicorum 7. finis eſt nobilius ad quæ omnia alia ordinantur. 2. phiſicorum &. 2. poſt. cap. de cauſis ſed probauimus noscum Auer. multis rationibus in præcognitionibus logicę declarādo ſubiectum principale in tota logica ad quod omnia alia ordinantur tanq̄ ad nobilius, & ad quod etiam ipſa demonſtratio ordinatur eſſe ipſam diffinitionem, quare principalis intentio eſt de diffinitione & non de demonſtratione, Quod autem ſit nobilius. Ibi pbauimus, nunc tantū paucis abſoluamus, Sicuti ſcientia ad ſcientiam, ita inſtrumentum ad inſtrumentum, Ideo enim demonſtratio ſimpliciter eſt perfectior, quoniā pfectiorem ſciētiā facit q̄ demonſtratio quia cum ſciētia per cauſam, ſit perfectior, & eſt ratio quoniā 3. æthicorum. 6. 7. methaphiſi. 23. 2. phiſicorum 91. com. omnia eliguntur & nobilitātur a fine in ipſa arte, addamus nos minorem, ſcientia diffinitionis eſt perfectior omni alia ſcientia aquiſita per alterum inſtrumentum in logica, ergo. Probamus minorem primo poſteriorum. 177. com una ſcientia perfectior alia, uel ratione medii, uel ratione rei ſcitæ, uel quoniam minus immerſa materiæ, primo modo perfectior diffinitio. 7. methaphiſi. tertio. 7. methaphiſi. 40. diffinitio ſola forma, quæ perfectior inter cauſas ad ſciendum tertio methaphiſi. tertio & alias latius probauimus.

Secundo ratione rei ſcitæ. Per diffinitionē enim cognoſcitur ſubſtātia rei. 1. topicorū. 4. 2. poſt. 2. per demonſtrationem autem accidens eſſentiale. 1. poſt. 19. 20. 25. com. 50. 53. 95. & cap. de unitate ſcientiæ, modo. 7. methaphi. &. 12. methaph. 2. nobilior eſt ſubſtantia ipſo accidente.

ITerum Altera ratione nobilior diffinitio & ſcientia diffinitionis quoniam minus immerſa materiæ, diffinitio enim eſt forma ſine materia ſeptimo. methaphiſice. 35. & facit ſcire ſolam eſſentiam primo to

picorum quarto quæ ſine materia percipitur tertio de anima nono. 17. 18. nam aliud eſt eſſentia carnis, & aliud exiſten tia, eſſentia eſt quidditas ſine materia, exiſtentia cum materia tanta & tali primo cœli. 93. 95. quoniam ergo diſfinitio ſit quidditas, eſſentia, forma, & ſubſtātia rei ſine materia, ideo minus mixta cum materia, ergo perfectior, de hoc autem latius alibi.

VNde & Iacomellus ſimul cum aliis in hoc erravit, tractatu primo cap. tertio ſui libelli, dicens, demonſtrationem eſſe ſubiectum principale, ſillogiſmum autem totale, quod non ſillogiſmus, clarius improbavimus, in improbando opinionem Scoti, alterum autem, & hic & alibi determinando ſubiectum principale ipſius logices.

RAtionem ipſius, & Iacomelli ſoluere, non erit difficile. Ratio eorum talis eſt, Ariſtoteles præpoſuit in primo priorum, & epilogauit in ſecundo libro poſteriorum de demonſtratione, non autem de diffinitione ergo in libro poſteriorum & in tota logica demonſtratio ſubiectum principale, non autem diffinitio, in libro uero poſteriorum totale ſubiectum.

Pro clara reſponſione ſumo unum quod eſt Auer. primo poſteriorum in prologo, demonſtratio & diffinitio non merentur diuerſos tractatus, & ideo tractando de demonſtratione, tractauit etiam de diffinitione, clariori enim modo potuit facere Ariſt. in logica. ſ. q. tractet conditiones demonſtrationis, & cum hoc illas diffinitionis, quam ut eas de diffinitione demonſtret prius ſimul cum illis demonſtrationis: diffinitio enim quo ad partem formalem non meretur diuerſum tractatum nec quo ad partem materialem a tractatu demonſtrationis, & ideo dicimus, q. ſimul tractando de demonſtratione, tractauit etiam de diffinitione, Vnde debemus reſpondere, q. Ariſto. primo priorum præpoſuerit de demonſtratione, & epilogauerit de demonſtratione in ſecundo libro poſteriorum: non q. principale ſit eius intentū, quoniam illud præponitur tertio rethoricorum cap. de prologo, & epilogatur, quod tractatur in tractatu, Ariſtoteles tractauit de demonſtratione, & ſimul tractando de ipſa, tractauit etiam de diffinitione illud igitur tantū debet præponere Ariſto. in prohemio, & epilogare in epilogo. ſ. demonſtrationem, & proponendo & epilogando de demonſtratione, propoſuit & epilogauit de diffinitione ſicuti tractauit.

NEc conuenit ſoluere, ſicuti quidam conantur ſoluere, Dicunt enim hoc factum eſſe, ut coniungeret librum priorum cum libro poſteriorum, hæc reſponſio nulla eſt. Quoniam ſi poſſit accommodari reſponſio iſta, quare ꝓpoſuit de demonſtratione, tñ non poteſt accomodari, q̄re non epilogauit in ultimo libri poſt. de diffinitione. ſed de demonſtratione, iam enim coniūctus erat liber, & completus.

ILlud uero q. ſubdit Genua. q. intentio in logica ipſius Ariſto. eſt de demonſtratione i. de modo formandi demonſtrationem. Neſcio ſi careat errore dictum, quod facit dubitare eſt illud quod dicit Auerroes primo poſteriorum in prologo, demonſtratio habet duas partes, formalem. ſ. et materialem: de formali in libro priorum, de parte uero materiali in libro poſteriorum, & declarando quid ſit utrumq; dicit, forma & pars formalis eſt ipſe ſillogiſmus: qui docetur in libro priorum, ibi enim docet Ariſt. quomodo in forma demonſtrationis: & quomodo debemus ipſam formare. modus ergo formādi demonſtrationem habetur in libro priorum, quæ forma erit ſillogiſmus, ergo ſequitur per ipſum, ut ſillogiſmus ſit principale inſtrumentum in logica & non demonſtratio, quod eſt falſum, & ipſe met uidetur negare, quando ſubdit & ideo diffinitio, quia ſola poſitione differunt, poſitione differens, a diffinitione eſt ipſa demonſtratio, quare per eius uerba ſequitur, q. ſillogiſmus ſit principale inſtrumentum in logica, & iterum quod demonſtratio, ergo demonſtratio & non demonſtratio, quæ contradicio manifeſta.

QVod uero ſubdit Genua (quare & diffinitio:) Niſi tantum uir eſſet iſte, arguerem q. illud uerbum falſo maleq; ſit ibi poſitum, & ſumimus unum demonſtrationem ſimpliciter, diffinitionem poſitione differentem, eſſe idem ſubiecto primo poſteriorum 20. differunt uero ratione (ut ipſe met concedit.) Tunc arguimus ex primo elenchorum cap. de fallacia per accidens illud quod conuenit per ſe alicui, quod idem ſubiecto cum alio, ſi tribuitur illi alteri, fallimur fallacia per accidens, cum ergo per ipſum, demonſtratio & diffinitio ſint idem ſubiecto, differant ratione, et eſſe principale intentum (per ipſum) conuenit demonſtrationi per ſe, & diffinitioni in quantum ſunt idem ſubiecto cū demonſtratione, ergo diffinitioni p accidēs, ergo uir iſte uidetur, ſuis dictis nos

ſophiſticæ uelle decipere, quod abſit a ſcolis philoſophorum, & a tanto uiro.

PRæterea primo poſteriorum. 36. 5. phiſicorum primo quod per aliud tale per accidens eſt tale, ſi diffinitio ergo eſt inſtrumẽtum principale in logica per demonſtrationem, Ergo per accidens quod non dicẽdum ab artifice & tanto uiro.

PRæterea primo poſteriorum 32. & 53. 5. phiſicorum et. 6. methaphiſices, 6. quod eſt per accidens non conſideratur ab artifice ſed ſolum per ſe, ſi ergo iſta ſint idem ſubiecto, ſunt idem per accidens, Non ergo dicendum, ſi demonſtratio ſubiectum principale. Ergo diffinitio.

PRæterea ſubiectum principale eſſe illud, ad quod omnia alia ordinantur, diximus & probauimus ſupra, ſi ergo demonſtratio ſubiectum principale, ergo ad ipſam ordinaretur diffinitio, & ſi diffinitio principale ſubiectum, ad ipſam ordinaretur demonſtratio: ergo diffinitio ordinaretur ad demonſtrationem, & demonſtratio ad diffinitionem ea dem cohordinatione & eodem genere cauſe quod eſt abſurdum, ergo demonſtratio nobilior diffinitione & diffinitio demonſtratione, quod eſt abſurdum & impoſſibile credi, cum Idem ſeipſo foret nobilius.

PRæterea ſubiectum principale tantum unum poterit eſſe in arte, non autem duo & eſt ratio, quoniam ſubiectum principale debet eſſe illud quod eſt nobilius in tota arte, ad quod omnia alia ordinãtur. 8. phiſicorum primo unum ergo poterit eſſe & non duo, Et ideo concludebat Ariſt. in. 12. methaph. q. unus deus, quomodo igitur ponit demonſtrationem & diffinitionem ſubiectum principale in logica, ergo duo principalia, quod eſt falſum.

PRæterea ſequeretur, q. demonſtratio & diffinitio ſit unum inſtrumentum, quod abſonum, & contra Auer. & Ariſt. 2. poſt. pri. & ſecundo. Et eſt ratio ibi per Auer. data, quę ſita ſcibilia per demonſtrationem & diffinitionem ſunt diuerſa, ergo & inſtrumenta diuerſa, Nullo ergo modo poteſt ſtare illud qđ ſubdit, ſi demonſtratio eſt ſubiectum principale, quare propter hoc & diffinitio, conſequentia probatur per ſumpta nam unum principale debet eſſe inſtrumentum.

ILlud iterum quod ſubdit Genua q. demonſtratio & diffinitio differat (ſolo ſitu) eſt quid durum bene aſſuetis in logica perſuaderi ita ſimpliciter hoc prolatum, Per differentiam ſecundum ſitum, intelligimus illam, quæ eſt partium, quoniam aliter ſituantur partes in diffinitione aliter autem in demonſtratione, in diffinitione primo ponitur Genus: 2. differentia. in demonſtratione pri. differentia. 2. Genus Differunt Ergo ſitu hoc modo, ut clare Auer. & Themiſt. 2. poſteriorum. 10. hoc ergo intelligamus differre ſecũdum ſitum, dicimus ergo, q. demonſtratio & diffinitio non ſolũmodo differunt hoc ſitu, ſed etiam in aliis ut dicit Auer. primo poſteriorum in prologo: differunt enim reſpectu formæ, nam ſillogiſmus eſt forma demõſtrationis, primo poſteriorum in prologo, quæ oratio enunciatiua primo priorum primo, quæ una unitate non ſimplici, ſed una p coniunctionem medii, ibi met, forma uero diffinitionis primo periher: cap. 2. primo poſteriorum. 13. com. & cap. 25. com. 99. 2. poſt. 2. non eſt enunciatio, quia non dicit eſſe neque non eſſe, cum non ſit compoſita ex nomine & uerbo, ſed eſt unitas eſſentialis. 7. methaph 42. 8. metha. 15. compoſita ex actu & potentia: differunt ergo plurimum reſpectu formæ non ſolum poſitione.

DIfferunt etiam reſpectu materiæ, in diffinitione enim poteſt ingredi genus, nõ autem in demonſtratione, primo enim poſteriorum. 50. 53. 95. tres ſunt termini ponendi in demonſtratione, qui debẽt eſſe proprii, & eſſentiales, & conuertibiles, Genus autem licet per ſe, primo poſteriorum. 30. in primo modo dicendi per ſe, non tamen conuertibile & proprium, primo topicorum. 6?. primo poſteriorum. 36. 37. 41. 42. ſecundo poſteriorum. Ergo non ingreditur demonſtrationem.

DIfferunt iterum fine, Nam illud quod ſcitur demonſtratione, eſt accidens in ſecundo modo dicendi per ſe, primo poſteriorum. 50. 53. & 95. eſſentiale & proprium, quod inſit ipſi ſubiecto, & per demonſtrationem tria tantum quæſita, ſi eſt, qa eſt, & propter quid, per diffinitionem autem ſcitur ſubſtantia, primo topicorum. 4. 2. poſteriorum. 2. Et in aliis locis, & facit ſcire quæſitum quid Quare patet, non ſolum differre iſta duo inſtrumenta ſolũmodo ſitu, ſed etiam per formam, per materiam, atq; finem.

SEd dimittamus iſta, cum non ualde ſint de eſſentia rei principaliter intentæ, & qđ dicendum de cauſa illa quam affert ipſe Genua, dicens, non ſine maximo artificio, librũ iſtum, & quæ hic tractantur præcedere, quoniam præcognoſcantur præcognitione confuſa ea, quæ habemus addiſcere cognitione diſtincta in

eá in aliis artibus & ſcientiis,per inſtrumenta edocta in logica,quoniam ergo præcognitio confuſa eſt prius habenda ,per fundamētum ſumptum Ideo debet præcedere huiuſmodi cognitio.

CErte non poſſum aliter dicere , niſi q; ipſe Mirandula falſo tribuat iſta tanto uiro. Diximus enim atq; probauimus ſupra cum Auer.pri. poſteriorum in prologo , q; in logica non numerentur neq; cognoſcantur præmiſſæ, uel rationes faciendæ in aliis artibus & ſcientiis , ſimiliter neq; præcognoſcuntur termini , per quos conficimus ipſos ſillogiſmos,& demonſtrationes. Neq; quæſita,propria declaranda in aliis artibus & ſciētiis , ſed ſufficit logico dicere , demonſtratio oportet ut ſit ex neceſſariis terminis,ſillogiſmus ex tribus terminis. ſillogiſmus topicus ex terminis & præmiſſis probabilibus, Nomen q; ſit uox quæ ſignificat aliquid ad placitum,quæ autem & quot ſunt nomina: termini propoſitiones , ſillogiſmi , quibus utuntur aliæ facultates , ad hoc non peruenit ipſe logicus , quoniam non trāſgreditur ſuum limen,cum conſideret res ſuas in uniuerſali & non conuenit ipſi dare differentias ultimas ſuarum rerum , ſi ergo res a , nobis addiſcēdæ per hæc inſtrumenta ſunt decem prædicamenta , non tamen logicus debet ipſas præcognoſcere in logica , ſed in aliis artibus & ſcientiis .ſ. in prohemio aliarum artium propriarum illarum rerum , ut probatum ex 3. rethoricorum cap. de prologo:ſic enim ſequeretur ut in logica fieret prohemium aliarum artium & ſcientiarum.

PRæterea ſequeretur contra ipſum , per ſuum fundamentum, q; iſte liber non ſit logicus , præcognitio enim eſt ante doctrinam rei,quæ præcognitio debet fieri in eadem arte,in qua perfecta eius cognitio habetur ut probatum ſupra, iſtorum igitur præcognitio debet haberi in arte propria, inqua diſtincta: non ergo in logica neceſſaria iſtorum præcognitio.

PRæterea præcognoſcuntur in arte illa. quæ ſunt neceſſaria in arte , non autem alia,hæc autem ut ſupra probatum non neceſſaria iſtorum præcognitio,& uidetur certe inſanum , in logica præcognoſci res alterius artis , & alia ſequerentur inconuenientia quæ latius contr a Abratium determinauimus.

QVæ uero dicat Buccafer. & diuus Tho. diximus ſupra , recitando opinionem Buccafer.

Opinio Expoſitorum.

ACTENVS cum modernis factus eſt ſermo de re iſta , ut autem completa ſit ſpeculatio & aliorum expoſitorum dicere rationes non erit inutile. Quanuis forſitan & ſuperfluus , nam & hi , qui noſtri temporis ſunt philoſophi , grauiſſimos peripatheticos , & antiquos expoſitores non modo æquare , ſed longe illos dereliquiſſe , uidentur , Et ſi temporibus noſtris Alexander uiueret ,neq; Ariſtoteles deficeret alter.

COmmuniter igitur ipſi Græci probant , librum prædicamentorum eſſe primum librum in logica ordine reſolutiuo, & ſumunt unum , demonſtrationem eſſe finem logices . Tunc ſic , demonſtratio eſt finis logices , quæ non poteſt cognoſci non cognito ſillogiſmo , nam pri.phiſicorum 4. uniuerſalia debent præcedere , primo priorum 5. ſillogiſmus eſt uniuerſalius , & tanquam genus ipſius demonſtrationis, Neceſſario igitur oportet prius cognoſcere ipſum ſillogiſmum , & quoniam primo poſteriorum 7. 2.poſteriorum 94.primo phiſicorum primo,ſcientia rei perfecta habetur per principia ex quibus eſt res ipſa res autem ex quibus eſt ipſe ſillogiſmus ſunt propoſitiones ergo oportet etiam ante ipſius cognitionem cognoſcere propoſitionem quid & quomodo ſit, & hoc fit in libro periher.& quoniam propoſitio componitur ex ſimplicibus illis terminis, quæ traduntur in prædicamentis , ideo per eandem cauſam oportet ut præcedat liber prædicamentorum . Et quoniam ubi ceſſat reſolutio ibi incipit ordo compoſitiuus 7. methaphi. 23.3 Ethicorum 6. Cum ergo non detur ſimplicius in logica quam ille ſimplices uoces prædicamentorum , ideo non poteſt amplius fieri reſolutio rei neceſſariæ ad ipſam demonſtrationem : igitur primus liber erit prædicamentorum , ſecundus perihermenias tertius priorum , quartus poſteriorum. Hec igitur communiter Græci dicunt,& hanc aſſerunt cauſam, quare liber prædicamētorum præcedere debet.

QVæ vero dicit diuus Thomas diximus recitando opinionem Buccafer.

Albertus vero aliam addit cauſam

ſumendo unum, ſimpliciora præcedunt, ſed in libro prædicamentorum de incomplexis, in libro periher. de complexis, quoniam de enunciatione, Ergo liber prædicamentorum præcedere debet.

PRobamus nos ratione topica, illud eſt uerum, & concedendum tanquam uerum, quod dicunt omnes plures uel ſapientes primo topicorum pri. omnes autem concedunt librum prædicamentorum eſſe primum in logica, concedendum ergo tanquam uerum.

PRæter Themiſtium, & Alexãdrũ, omnes Græcos deceptores potius quam expoſitores doctrinæ peripateticæ iudicamus, dicimus ergo: q, in his uerbis plures ſunt errores quam uerba, unde faciunt errare a, tota logices cognitione uideamus igitur an recta ſit iſta reſolutio. Primum enim quod ſupponunt eſt falſum ſ. demonſtrationẽ eſſe finem totius logices, non enim demonſtratio huiuſmodi ſed diffinitio, ut probatum ſupra:

Sed ſupponamus pro nunc cum poſſit demonſtrationem eſſe. Ad cognitionem autem demonſtrationis eſt neceſſarius ſillogiſmus, uerum eſt, ſed quomodo, ipſi non dicunt: dicit bene ipſe Auer. primo poſteriorũ in prologo, quoniam demonſtratio habet duas partes, formalem et materialem, pars formalis eſt ipſe ſillogiſmus, de quo in libro priorum, Et ideo neceſſarius hic liber priorum, ſed tranſeat & hoc, illud uero quod addunt, ſillogiſmus componitur ex propoſitionibus de quibus in libro periher. hoc eſt falſiſſimum. de propoſitione enim agitur in libro priorum, ſignum quoniam Ariſto. nullibi diffiniuit ipſum in libro periherm. ergo nec, conſiderauit antecedens eſt Auer. primo poſteriorum 13. conſequẽtia probatur, ex. 6. methaphiſices 1. modus diffiniendi eſt modus conſiderandi. Præterea propoſitio primo poſteriorum 13. Auer. eſt pars ſillogiſmi, modo quomodo debent eſſe partes ſillogiſmi. ſ. maior & minor, nullibi tradidit Ariſto. niſi in libro priorum, Præterea fallunt nos ſophiſtice, pro quo noto unum ex pri. elencorum fallacia per accidens eſt quando duo ſunt idem ſubiecto, quod conuenit, uni per ſe tribuimus alteri, fallimur fallacia per accidens, & iſta fallacia decipit ſcientes & neſcientes. Sumo alterum 1. poſteriorum pri. Auer. ꝑpoſitio. enunciatio, concluſio pręmiſſa, ſunt idem ſubiecto, differunt ratione. Sumo alterum ex primo poſteriorum 13. propoſitio inquantũ propoſitio eſt pars conceſſa in ſillogiſmo, enunciatio uero dicitur inquã tum enũciat uerũ uel falſum pri. periher. cap. 4. Tunc ſic propoſitio inquantũ propoſitio eſt pars ſillogiſmi, & componit ſillogiſmum, enunciatio uero per accidens, ipſi ergo dicentes q, ſillogiſmus componatur ex enunciatione tradita in libro periher. fallunt nos fallacia per accidens.

ET Ideo errauit Iacomellus tractatu pri. cap. 1. dum dicit de enunciatione tanq̃ de parte ſillogiſmi tradidiſſe in libro periher. Ariſt. & iterũ errat cum dicat propoſitionẽ, & enunciationem idem eſſe ac non differre, & tamen diffinitiones eorum plurimum differunt, ergo & diffinita.

PRæterea, pri. poſteriorum 36. quod per aliud tale, per accidens tale, modo enunciatio quæ ſunt idem ſubiecto cum propoſitione ſunt idem per accidens. Nam 5. methaphi. capi. de uno, quæ ſunt unum per ſubiectum ſunt unum per accidens, quoniam per ſe ſolum quæ per diffinitionem eſt tale primo poſteriorum capi. de per ſe, Cum ergo iſta ſunt unum per ſubiectum, differant diffinitione, ſunt ergo idem per accidẽs.

Non ergo dicendum. q, ſillogiſmus componatur ex enunciatione, quoniam per accidens quod excludendum ab arte 5. phiſicorum, & 6. methaph. 6. pri. poſteriorum. 12.

FAlſum etiam eſt illud, quod dicunt communiter, propoſitionem componi ex nomine & uerbo, & ſumimus unum pri. phiſicorum 65. ex illis cauſis componitur res, in quas reſoluitur: ſed primo priorum primo propoſitio reſoluitur in terminos, ergo per ſe ex illis componitur. Et ſi dicatur, q, etiam propoſitio componatur ex nomine & uerbo, hoc non poteſt niſi per accidens, probatur, quod per diffinitionem tale ſolum per ſe tale, pri. poſteriorum 30. 31. quod uero non per diffinitionem per accidens. 32. ſed propoſitio per diffinitionem reſoluitur in terminos, ergo ex illis per ſe componitur.

Nomen autem per diffinitionem eius non huiuſmodi, ergo per accidens. Præterea quod per aliud tale per accidens tale pri. poſteriorum 36. 5. phiſicorum pri. ſi ergo nomen & uerbum ſunt partes propoſitionis inquantum termini, ergo per aliud ergo per accidens.

PRæterea pri. poſteriorum. 36. quod conuenit ſuperiori per ſe inferiori per accidens & econtra, ſed nomen eſt ſuperius ad terminum. Terminus inferius. Nomen enim eſt uox ſignificatiua ad placitum,. Terminus autem uox ſignificatiua

ad placitum talis.ſ. naturæ, quæ poteſt eſſe ſubiectū & p̄dicatū, quare inferius eſt terminus ipſi nomini, ergo conuenit ipſi nomini ut ſic pars ꝓpoſitionis per accidens, non per ſe.

PRæterea, quod eſt per ſe pars unius, conuenit alteri per accidens, primo poſteriorū cap. de uniuerſali quoniā per ſe & inquantum ipſum uni conuenit, ſed per diffinitionē orationis & enunciationis nomen conuenit ut ſit pars horum, ergo per ſe pars horum, alterius ergo per accidens igitur & propoſitionis. Minor probatur ex pri. de interp. cap. 4. partes orationis uel enunciationis ſunt nomen & uerbum.

PRæterea, uidentur ignorare uiri iſti, & cum ipſis Iacomellus, ad quid tractetur in libris periher. de enunciatione non enim in libro illo de enunciatione ut pars ſillogiſmi, ſed ut dicit Auer. pri. priorū pri. ut genus ipſius ſillogiſmi, cuius cognitio præcedere debet cognitionē ſpecierum, quoniam & cognitio diffinitiua fit ex præhexiſtenti cognitione partium diffinitionis. pri. poſt. pri. & 2. Auer. & Themi. 6. topico. 4. pri. methaph. 48 & eſt ratio, quoniā omnis declaratio fit per præcognita, quanuis & hoc uidetur contradicere Auer. in pri. poſteriorū pri. com. ipſi tamen non contradicimus ſicuti ibi declarauimus, & ſoluta fuit contradictio.

PRæterea errant ipſi, & Iacomellus libro pri. cap. 3. cum dicant enunciationē componi ex terminis, & fallūt etiā nos ſophiſtice, Terminus enim per diffinitionē eius eſt in quem reſoluitur propoſitio. i. eſt finis eſt extremum propoſitionis non autē enunciationis per diffinitionē eius. ergo per ſe p diffinitionē eius, per ſe ergo pars ꝓpoſitionis, enunciationis autē per accidens. Nam pri. poſt. 32. quod non per diffinitionē & naturam ſuam conuenit per aliud conuenit, ergo per accidēs pri. poſteriorum 36. com. ſi ſunt ergo partes enunciationis per aliud, ergo per accidens, quia non per diffinitionem eorum.

FAlſum eſt etiā, q. illa q̄ tradantur in libro prædicamētorū ſint partes enūciationis, ſicuti uolūt ipſi & Iacomellus niſi p accidēs Per eandē regulā, ſumēdo unū quod ſupra ꝓbauimus. Nomē ipſum eſſe ſuperius & quodā uniuerſale ad illa decē illa autē tanq̄ particularia ſub illa, quoniā ut ipſi met concedunt, conſiderātur hæc non ut res ſed ut uoces ſignificantes ad placitū ergo ſpecies nominis. Tunc ſic pri. poſt. cap. de uniuerſali 36. com. quod p ſe conuenit ſuperiori, inferiori p accidēs, ut habere tres Yſocheli per accidens, ſic etiam eſſe partem enunciationis conuenit per ſe nomini pri. periher cap. 4. ergo eis per accidens, quod excludendum ab arte.

SImiliter ꝓbamus eandem concluſionem, per regulam porphirii cap. de accidenti & Ariſto. pri. top. 4. accidens eſt quod adeſt & abeſt non corrumpēdo ſubſtātiā & eſſentiam alicuius rei cuius eſt accidens, Sed datur enūciatio ſine iſtis terminis, ergo. Probatur minor: termini iſti ſunt methaphiſicales ut probatum, ſed dātur propoſitiones ex terminis non methaphiſicalibus, in aliis artibus & ſcientiis, dātur igitur enunciationes & non ex iſtis terminis, ſicuti etiam ſunt termini & enunciationes logicales: ergo accidunt ipſi enunciationi.

SImiliter, & eadē ratione errare uidentur, cum dicant ꝓpoſitiones componi ex talibus ſimplicibus rebus, quæ tradūtur in libro prædicamētorū, propoſitio enim per ſe ex terminis, quæ idem ſubiecto tantum poſſunt eſſe cum ipſis.

SImiliter errant, cum dicant, illa quæ conſiderātur in libro prædicamentorū eſſe ſimpliciora omnibus rebus conſideraris in logica, probatum enim eſt ſatis ſupra, Nomen ipſum eſſe uniuerſalius & ſimplicius.

SImiliter errant, cum dicant, illa quæ conſiderātur in libro p̄dicamētorū eſſe neceſſario conſiderata in logica, uel enim ignorāt regulā artis, uel ſi cognoſcunt non obſeruant. Habemus enim regulam ut ſæpius dictum primo poſt. 20. 25. & cap. de unitate ſcientiæ com. 178. quatuor eſſe conſiderata in arte neceſſario, ſubiectum totale, ſpecies per ſe ſubiecti totalis, principia & paſſiones per ſe cum enim probauimus ſupra hæc nullum iſtorū rei conſideratæ in logica, merito non neceſſario conſiderata in logica, & ſiquis dixerit, q. ſint principia enunciationis, hoc eſt per accidens ut ſupra probatum quod excludendum ab arte.

PRæterea dicūt falſius cū dicāt prædicamēta neceſſitari a, fine logices, quod non eſt uerum finis enim proprius logici ut dictū eſt ex primo poſteriorū in ꝓlogo Aue. eſt conficere inſtrumenta in communi, uel ut melius dicam eſt dare regulas ex quibus regulemur ad conficiendum inſtrumenta, & conditiones ipſorum quomodo debeant eſſe inſtrumēta in communi, pri. poſte. in ꝓlogo, & 19. & in principio epitom. logicaliū Auer. Non autē eſt ipſius dare differentias ultimas, & dicere, iſtæ ſunt propoſitiones demonſtratiue &c. ſic logici eſt cognoſcere quid ſit

nomen in communi quæ autem & quot,non amplius logici.v.g. ſufficit logico dicere, q. nomen ſit uox ſignificatiua ad placitum, q. autem Ioannes uel petrus ſit huiuſmodi non amplius eſt logici negotii Rationem autem dedimus ſupra,ſufficit ergo ipſi logico dare regulas,aliæ autem artes utuntur eis edoctis in logica,& ideo numerare nomina nec pertinet ad ipſum,cum non ſit ſuum deſcendere ad talia ſingularia, ut denumeraret qui ſunt alterius artis terminos, ſed illud fit in artibus propriis. Merito igitur dicimus, q. liber iſte ex fine ipſius logici non ſit inuentus neceſſarius, immo non neceſſarius, & ſuperfluus.

Similiter errant cum dicant,ex fine principali ipſius logices inueniri neceſſarium librum hunc ordine reſolutiuo,quod eſt falſum,ſi enim ex ipſa demõſtratione inuenitur reſoluendo liber poſteriorum,priorum: periherm. non tamen liber prædicamentorum: quoniam reſolutio ceſſat ad illud quod ſimplicius & prius apud naturam, ſicuti eſt nomen in logica:non autem prædicamenta:ipſum enim nomen eſt ſimplicior pars ex qua componitur enunciatio : non autem prædicamenta.

AD illud uero Alberti dicimus:q. & ſi in libro de interp.tractetur de enunciatione tractatur etiam de principiis eius ſimpliciſſimis quibus non datur aliud ſimplicius in logica:quæ ſunt nomen & uerbum,& ideo fruſtratur liber prædicamentorum.

AD illud uero diui Thomæ,q. triplex eſt operatio intellectus cui iam reſponſum fuit reſpondendo rationibus quas adduxit Buccaferr.

AD illud uero de communi uſu, Reſpondeamus cum Auer.& Ariſto. 2. methaphi. 15. Tria ſunt quæ impediunt hominem ne poſſit diſcernere ueritatem.Malum ingenium uel peruerſa natura,ſecũdo mala cõſuetudo.Tertio mala logica Tantum enim ſumus aliquãdo aſſueti in aliqua re.q. & ſi manifeſte ſit falſa,propter continuum tamen uſum in tali re,obſcurantur oculi noſtri, ne poſſimus diſcernere ueritatem ſupponimus enim tanquan uerum a pueritia,neq; amplius curã ſuper illud adhibemus an uerũ uel falſum ſit iuxta illud qđ dicimus ab aſſuetis nõ fit paſſio.Quod patet exemplo in hæbreis ꝑpter peſſimã & obſtinatam eorum naturam,& ex natiuitate mala conſuetudo,cum difficultate immo impoſſibile uidetur, ut aliquid boni noſtræ fidei talibus hominibus perſuaderi poſſit. Et ſi euidentiſſimæ ſint contra eos rationes. Mala igitur conſuetudo fecit & tantos uiros deuiare, credentes hunc librum logices eſſe partem, quod tamen abſurdum, ut ſupra rationes clariſſime demonſtrauerunt.

VIſo quid alii dicant de ordine huius libri,& quantum bene dicant, dicamus ergo & nos. Et pro ſolutione huius rei ſumimus quod ſupra declaratum librum iſtum nullo modo eſſe neceſſarium ipſi logico, nec partem ipſius aliquo modo, ſed aliquo modo utilem tantum,quoniam per illa quæ declarantur in hoc libro poſſumus declarare res logicales. Vnde ponimus iſtam concluſionem.ſ.librum prædicamentorum præcedere omnia logicalia,non neceſſario, ſed ad bene eſſe.

Et ſumimus unum primo poſteriorum primo omnis doctrina etiam exemplificatiua ibi & 2.priorum cap.de exemplo, immo omnis argumentatio ſecundo priorum cap.proprio ſit ex præexiſtenti cognitione,& per prius cognita. Aliter enim fieret petitio in principio,non enim poſſumus manifeſtare ignotũ per ignotum, quoniã tunc petimus neq; notum per ignotum quoniam tunc eſſet impoſſibile & peteremus. Neq; notũ per notũ quoniam tunc fruſtra, reſtat igitur ut ſolum recta ſit argumentatio, quando procedimus ex noto ad ignotum. Exemplum ergo ſi notificat aliquid, debet procedere ex noto ad ignotum ; aliter non eſſet recta ratio & inſtrumentum arguendi.Cui pro maiori addamus minorem, ſed in tota logica dantur exempla in iſtis terminis, ergo iſtorum præcognitio confuſa præcedere debet totam logicam, quod declaramus exemplo , in principio logices diffinitur, quid ſit nomen.ſ.q. ſit uox ſignificatiua ad placitum ſine tempore declaratur hoc exemplo, ſicuti homo conſiderare hominem & ipſum cognoſcere non eſt logici,tamen per ipſum cognitum quadam cognitione confuſa cognoſcimus diffinitionem nominis eſſe ueram,quoniam homo eſt quædã uox quæ ſignificat aliquam rem ſinæ tempore.naturam humanam,ſic Ioannes & Petrus: Addamus tamen, ſicuti ſupra probauimus, q. iſta manifeſtatio non eſt neceſſaria in logica bene utilis, præcognitio enim neceſſaria in arte ut ſupra dictum, eſt rerum neceſſario conſideratarum, quæ ſunt ſubiectum.principia.& paſſiones.

Dicimus etiã q. iſta ꝑcognitio ꝑdicamẽtorum,non ſolum utilis ipſi logico, ſed etiam aliis ar

aliis artibus & ſcientiis ad explanandum & manifeſtandum res aliarum artium, ſunt enim termini communiſſimi: ingredientes omnes artes & ſcientias. Immo addimus aliud, ꝙ liber ille præcedit logicam non tanquam primus liber logices, ſed tãquam illud quod eſt communiſſimus ſecundum eius uſum, cuius præcognitio eſt utilis ad omnes artes & ſcientias. & quoniam logica debet eſſe prima facultas, inter alias facultates, ut probauimus in præcognitionibus logices, ideo dicimus librum hunc poni immediate ante librum perihermenias non tanquam pars logices ſed tanquam liber, in quo declarantur quædam, quæ ſunt utilia omnibus facultatibus, immo ſi eſſet alia facultas prior quã ipſa logica, liber iſte præcedere deberet illam facultatem. Habemus ergo quid ſubiectum huius libri, & an ſit logicæ pars & quo modo utilis, & in quo loco reponendus.

Epilogus.

ET quoniam tres ſunt partes artis, Duæ neceſſariæ. ſ. prohemium & tractatus, altera autem ad bene eſſe. ſ. Epilogus, ſit enim ad memoriam tantum, & ideo epilogare non erit inutile, quomodo autem fiat epilogus, clarius diximus in noſtro opuſculo de peritia artis. Primo igitur dicimus rem conſideratam (ut omnibus patere poterit) in hoc libro prædicamentorum eſſe ipſa prædicamenta, modus autem conſiderandi, inquantum res & entia ſunt, ſic enim ſunt horum diffinitiones. Sic etiam proprietatem his attributæ, ſic etiam diffinit methaphiſicus, ſic igitur conſiderantur iſta inquantum entia ſunt.

EX hoc ſequitur librum hunc non eſſe logicum quoniam iſta ſunt ſpecies entis, de quo ſimul cum eius ſpeciebus in methaphiſica, hæc igitur conſideratio methaphiſicalis non autem logicalis. Tum quoniam non eſt aliquid rei neceſſario conſideratæ in logica, cum nec principia, nec partes, neq; paſſiones ſubiecti totalis huius facultatis. Patet hoc etiam, quoniam non continentur ſub modo conſiderandi proprio ipſius logices, ſine quo nullum habetur rei commertium in arte, idem iterum confirmatur, nam res logicales ſunt ſecũdo intellecta ſicuti non ſunt huiuſmodi hæc autem prima Neq; in huius artis conſideratione cadere poſſunt, cũ in hoc libro non uniuerſalia, uel regulæ uniuerſales ipſius logices declarentur. Neq; aliquo modo neceſſaria. Nam uel ut nomina uel ut termini, uel ut ſpecies terminorum conſiderari poterint, Quod totum peregit Ariſto. in aliis logices libris ſuperflua igitur, iudicamus, tum etiam non ex fine logico ſunt inuenta, Nemo igitur ſani capitis non ſuperflua iudicabit cum de ſimplicioribus ſatis per actum ſit in libris periher.

VNde dicimus uel nihil, uel ſi qua pauca ſit hanc eſſe putamus utilitatem, quoniam exemplificantur regulæ: logicales in his terminis ne penitus ipſis ut ignotis utamur: tantum igitur logicæ inſeruire uidetur.

EX quo quidem inferimus, ante totam logicam ponendum eſſe librum iſtum, cũ, iſtis prius cognitis, omnia logicalia declarentur, Quibus epilogatis longiuſq; ſupra per tractatis addamus reliquas præcognitiones, ad complendum illa. 8. quæ dicit Auer. pri. phiſicorum in prologo.

De diuiſione.

INter alias rationes., per quas confirmare poſſumus, librum hunc non ariſt. eſſe, hæc ſemper me fecit ratio dubitare, Nam. 3. rethoricorum cap. de prohemio. ars debet diuidi in duas ſaltim partes, in prohemium & tractatum, quod patet inductione facta in cũctis Ariſto. libris hic autem non huiuſmodi: ut patet, & probatur ratione Nam prohemium loco dicto, eſt inuentio rei docendæ, quod non ſit in ante prædicamentis: & quanuis Auer. in paraph. cap. pri. dicat ꝙ iſte liber diuidatur in tres partes, in prohemium, tractatum & aliam partem, in qua de conſequentibus, tamen in rei ueritate non eſt prohemiũ, ſicuti ipſe met Auer. fatetur, dicit enim primam partem eſſe ſicuti prohemium, & ideo non prohemium eſſe dicimus

Diuiditur igitur, prima diuiſione liber iſte i tres partes ſicuti dicit Auer. in primam partem, quæ eſt quaſi prohemium, declarantur enim quædam communia, quæ faciunt ad declarationem prædicamentorum et ideo dicit Au. ſunt principia, addamus nos ſunt principia cognitionis, non autem eſſendi. & pars iſta uocatur ante prædicamenta: quæ durat uſq; ad capit. de ſubſtantia, excluſiue.

Hæc uero pars diuiditur in particulariores partes, & in tot, quot ſunt regulæ, & præcognitiones facientes cognoſcere prædicamẽta ipſa.

ALtera uero pars principalis eſt tractatus, qui diuiditur ad diuiſionem ſubiecti &

rei conſideratæ, ars enim dicitur una ab unitate ſubiecti ergo diuiditur ad diuiſionem ſubiecti quot ergo ſunt genera prædicamentorum conſiderata, in tot enim diuiditur tractatus libri prædicamentorum.

Tertia uero pars eſt uocata. poſt prædicamenta, in qua tractantur, accidētia, uel paſsiones, uel conſequentia communia decem prædicamentorum, unde patet non epilogum eſſe partem illam: quare iudicamus librum hūc non ariſtotelicam ſapere doctrinam, cum in artificialis ſit ipſe, caret enim partibus eſſentialibus.

De proportione.

PRoportionatur iſte liber non tanquam perſe pars ipſius totius, ſed tanquam pars conferens ipſi toto. probatum eſt enim non eſſe partem neceſſariam & per ſe conſideratam ipſius logices, ſed quoddam utile tantum, cum in eo non præcognitio fiat neceſſaria, ſed quædam rerum præcognitio ſuper quibus regulæ logices manifeſtantur.

De uia doctrinæ.

INſtrumenta uero quibus utitur Ariſto. in declarandis iſtis ſunt maneries diſciplinæ ſicuti diuiſio, diffinitio, exemplum & inductiō. ad manifeſtandum autem aliqua, non utimur demonſtratione, ſed aliqua maneriae diſciplinæ. Notamus tamen diffinitiones datas in hoc libro eſſe diffinitiones quid nominis, non autem quid rei, declarauimus enim alibi ex Auerro. primo poſteriorum 1. q. quando diffinitiones aliquæ ſunt datæ in alia arte, uel in principio artis tunc illæ diffinitiones non poſſunt eſſe quid rei, cum non perfecte intelligantur partes, & ideo iſtæ diffinitiones quamuis quid rei & ueræ diffinitiones eſſe poterint in methaphiſica, hic autem tantum quid nominis non autem quid rei, non enim logicus ut logicus ſubſtantiæ naturam percipere poterit.

De nomine.

DE nomine libri clarum ab aliis, De nomine uero authoris mihi ſemper obſcurum fuit, quicquid enim dicant alii, iurarem tamen ego non Ariſt. librum hunc eſſe. Mos enim loquendi ſuus non eſt huiuſmodi omnesq; alios libros maximo compoſuit artificio ipſe Ariſto. primo per ſuam met regulam primo ponendo in prohemio res conſiderandas, poſtea uero in tractatu propoſita tractando, quod obſeruatum hic minime uidemus.

AD EVNDEM PERQVAM
Illuſtrem Dominum Diegum de
mẽdoza Ad Paulũ.III.Pon.
Max. Cæſareum
Legatum.

ANGELI THYI DE MORCIA
no, Ydruntini Scholæ Patauinæ
publici profeſſoris, Præcogni
tiones in libro
Porphirii.

AMmonius in phemio expoſitionis porphirii. dans ſubiectum & intentionem, dicit, porphirii intentionem eſſe de his quinq; uocibus. ſ. genere; ſpecie, differẽtia, ꝓprio, & accidente, Sed Ammonius confuſe & indiſtincte loqtur ꝯ.enim poſteriorum. 33. triplex eſt ſubiectum quoddam totale, quoddam principale, quoddam uero partiale, ipſe autem non diſtinguit de quo loquitur.

SEcundo quando quærimus quid ſit ſubiectum in libro, quæritur ſubiectum totale, non autem partiale, ipſe autem reſpondet per ſubiecta partialia, genus enim ſpecies & unumquodq; iſtorum eſt ſubiectum partiale in libro porphirii, non autem totale, Reſpondet igitur Ammonius ꝑ illud quod non q̄ritur.

QVod autem unumquodq; iſtorum partiale ſit ſubiectum probatur, declaratum eſt enim latius in quæſito de ſubiecto logices, & diximus eſſe illud, quod conſideratur in parte artis, & non comprehendit totam artem, unumquodq; iſtorum eſt huiuſmodi, ergo.

TErtio primo poſteriorum cap. de unitate ſciæ, liber & ſcientia eſt una ab unitate ſubiecti, ſi ergo ſubiectum in hoc libro porphirii eſſent iſta quinq;, ergo quinq; forent libri & non unus, quod eſt quam maxime falſum, Nec poteſt quis dicere, q̄ omnia reducãtur ad unum, impoſſibilis enim eſt talis reductio.

Tum quoniam ad quod omnia reducuntur eſt ſubiectum totale, quod debet eſſe tanquam genus comprehendens omnia tanquã ſpecies, uel ut principia, uel ut paſſiones per ſe ipſius, modo ut clare patet, non datur aliquid iſtorum, ad quæ alia reducantur his prædictis modis.

Opinio Scoti.

SCotus uero, & Antonius andreas in quæſito proprio, ſumunt uniuerſale dici duobus modis, primo modo, ut eſt quædam natura; quæ eſt primum obiectum intellectus; & hæc natura erit forma illa; quæ inuenitur in ſingularibus, ſicuti humanitas in ſorte, alio modo pro illa forma & ratione in uniuerſali ſumpta. in qua conueniunt ſingularia, quæ eſt uniuerſalis in actu per intellectum a natura autem & extra animam eſt ſingularis, in potentia uero tunc uniuerſalis, reducitur autem ad actum per intellectum.

Tunc reſpondet, uniuerſale ſecundo modo & non primo ſubiectum in libro porphirii. Probat hoc. habet omnes conditiones ſubiecti, ergo ſubiectum, conſequentia clara, antecedens probatur. Tres ſunt conditiones ſubiecti; prima ut de eo præcognoſcatur eſſe: & quid nominis.

Secũda ut de eo demonſtrẽtur paſſiones.

Tertia ut ſit tanq̃ genus omnium conſideratarum in arte

Vniuerſale eſt huiuſmodi, ergo. Minorem probant: ſumendo unum. 6. topicorum. 4. pri. poſteriorum. 2. anteq̃ diffiniatur aliquid oportet ut præcognoſcatur eſſe: & quid nominis generis ponendi in diffinitione cũ ergo unũquodq; iſtorum quinq; diffiniatur: & in eius diffinitione uniuerſale ponatur loco generis: merito oportet ut illo præcognito uniuerſali utamur loco generis: habet ergo primam conditionem: ut uniuerſale præcognoſcatur in hoc libro.

Habet & ſecundam conditionem: nam de eo demonſtrantur paſſiones nam in capitu. de genere demonſtrat, q̄ genus differat ab indiuiduo, per iſtud medium quia prædicatur de pluribus, & quod fecit de genere idem factum eſſe de ſpecie & aliis, & demonſtrando de ipſis paſſiones, demonſtrauit de ipſo ſubiecto in uniuerſali. Habet & tertiam conditionẽ. Nã cap. de genere dicit, quædã ſunt quæ de uno prædicantur, q̄dã de pluribus, ſicuti ſunt illa quinq;, & per prædicari de pluribus intelligit ipſum uniuerſale, diuiditur ergo uniuerſale in iſta quinq; tanq̃ in eius ſpecies, hæc ſunt quæ dicunt iſti.

QVod autẽ hoc modo debeãt intelligi uerba Scoti poſtea dicemus, ſi tamẽ hoc uelit dicere Scotus, anteq̃ hãc & nos confirmemus opinionem, quædam primo ſunt examinanda, & primo uideamus, an iſta diſtinctio ſit recte aſſignata. 1. q̄ uniuerſale duplex, primo in indiuiduis. 2. uniuerſale.

de quo conſiderat logicus,quanuis & Baldui
nus etiam præceptor meus dabat aliquando
hanc diſtinctionem,tamen accidit difficultas
ſuper hoc, Nunquam enim ſic ingratus ero,
ut contra tantum uirum aliquid dicere patiar
ſi quid enim in me boni reperitur, deo pri-
mum ipſiq; poſtea gratias agimus accidit ta
men dubitandi locus, & primo circa illud
quod dicunt, q. primo modo uniuerſale eſt
illa natura,quæ inuenitur in indiuiduis,ui-
detur enim hoc expreſſe falſum,nam primo
cœli.92.95.7.methaph.35.forma & natura,
quæ in materia ſingulari, ſingularis ē,& non
uniuerſalis,illa igitur natura in indiuiduis eſt
ſingularis et non uniuerſalis,und' forma quæ
eſt in tanta & tali materia dicitur ſingularis
forma & natura,& non uniuerſalis, omne enī
quod eſt extra animam in ſingularibus ſingu
lare eſt,& omne quod factum a natura ſin-
gulare uniuerſale uero factum eſt ab intelle-
ctu tantum.12.methaph.4.Non ergo poſſum
credere,q. illa forma in indiuiduis ſit uniuer
ſalis in quantum in indiuiduis cum tanta &
tali materia.niſi uniuerſale ſit in potētia non
tamen in actu, non ergo debet dici illud tale
uniuerſale,quia nomen ſumitur ab actu.9.me
thaph.7.non autem a potentia.

SEcundo illud quod dicunt, q. uniuerſa
le ſecūdo modo eſt natura & forma con-
ſiderata per intellectum ſine materia,hoc eſt
uerum ut poſtea dicemus,ſed illud quod ad
ditur,q. de iſto uniuerſali conſiderat logicus
& q. hoc uniuerſale ſit illud,quod eſt ſecun-
do intellectum,hæc ſunt falſa,& ſumimus ab
ipſis,q. hoc uniuerſale eſt illud quod diffinit
Ariſt.primo periher.cap.5.ſed ibi Ariſt. dicit
(quoniam autem rerum hæc quidem ſunt
uniuerſalia,alia autem ſingularia)diffinit er-
go ibi Ariſt. res uniuerſales ut homo. ideſt
natura humana eſt uniuerſalis ſortes. ideſt na
tura ſortis eſt ſingularis diffinit igitur ibi
Ariſto.res uniuerſales & ſingulares,

Tunc argumentor.Res uniuerſales uel par
ticulares non conſiderantur a logico ut ipſi
met dicunt,ergo illud uniuerſale,de quo lo-
quitur ariſt. in libro periher.non conſidera-
tur a.logico,antecedens probatum,conſequē
tia eſt probanda & ſumimus unum,ſæpius di
ctum ex primo poſteriorum.178.com.1.phi
ſicorum.17.com.artes differunt per modum
conſiderandi.

SVmimus alterum,res & entia ſint quomo
docunq; in quantum entia ad methaphi-
ſicum particulariori uero modo ad alias ar-
tes,non autem ad logicū ſpectat de ipſis con
ſiderare.

Si ergo illud dictum in primo periher.eſt
de rebus,logicus autem non conſiderat de re
bus,ut ipſi met concedunt, & eſt uerum ex
primo poſteriorum.in prologo Auer.contra
alpha.7.methaph.42pri.topicorum.8. Ariſt.
Non ergo iſta poſſunt conſiderari a,logico.

PRæterea ipſi ſibi contradicunt,nam ſequi
tur per eos ut poſtea dicemus eſſe quan-
tam naturam, & ſimilitudinem inuentam in
ſingularibus, in qua conueniunt ſingularia
& poſtea dicunt eſſe rem ſecundo intellectā,
& factam ab intellectu,quod eſt contradictio
manifeſta,nam primo modo eſt a,natura,ſe-
cundo modo ab intellectu, ergo non a natu-
ra,quæ contradictio.

PRæterea,arguimus cum Auer.primo po
ſteriorum in prologo contra alpharabiū,
ſumendo unum,Res ut ſunt facta ab intelle-
ctu,neceſſario conſiderantur ab animaſtico,&
eſt ratio quoniam.pri.poſter.20.25.& cap.de
unitate ſcientiæ,178.com.in eadem arte con-
ſiderantur ſubiectum,principia,& paſſiones.
ſi ergo iſta conſiderantur ut ſecundo intelle-
cta,& ut entia facta per intellectum, quod eſt
dicere,ut effectus ipſius intellectus,non perti-
nent neceſſario ad ipſum logicum,ſed ad li-
brum de anima, & in tertio de anima, & eſt
uerum,ibi conſiderantur iſta uniuerſalia,quo
modo fiant ab intellectu.

PRæterea errant dum dicūt,illam naturam
eſſe ſecundo intellectam & intentionem ſe
cundam,cum illa natura ſit primo intellecta,
natura enim humana uniuerſalis non ſingula
ris eſt primo intellectum.i. prima & propria
ratio qua ſingularis homo intelligitur, non
autem ſecundo intellectum,ſed ſpecies,genus,
& cætera huiuſmodi ſunt ſecūdo intellecta,&
& iſta talia ſunt conſiderata a,logico non in
quantum ſunt ſecundo intellecta,ſed in quan-
tum inſtrumenta notificandi.

ET ſi quæratur non ne ipſe Ariſto.pri. pe-
riher.conſiderauit ipſum uniuerſale, er-
go pertinet ad logicum dicimus q. in libro pe
riher. Ariſtotelis intentio erat probatur q.
detur enunciatio ſingularis & uniuerſalis.pro
batur utrunq;, quia dantur ſubiecta ſingula-
ria: & uniuerſalia,probat Ariſto.92. dantur
res uniuerſales & particulares extra animam
ſicut homo & ſortes,ſupponit igitur logicus
dari res uniuerſales & particulares, ita q. ho
mo inquantum res uniuerſalis non conſide-
ratur a logico,ſed in quātū exēplificatur,qūo
ſit ſubiectum uel prædicatum uniuerſale,
non aūt in quantum eſt res uniuerſalis.

Sed

SEd aliquis poſſet dicere, q. iſti intelligāt de illo uniuerſali quod eſt ſecundo intellectum non autem primum, de quo logicus conſiderat, certe uidetur, q. non poſſunt ſe excuſare, nam quando probant poſtea, q. uniuerſale ſit ſubiectum, quia ipſum præcognoſciturin libro periher. in libro autem periher. præcognoſci ur res & natura uniuerſalis quæ primo eſt intellecta non autem ſecundo. Quare non poſſunt ſe ex uſare.

QVod uero uniuerſale non ſit ſubiectum in libro porphirii, probamus authoritate & ratione. Primo arguimus authoritate ipſius met porphirii, dicit enim in prohemio uelle conſiderare de iſtis quinq; quantum pertinet ad logicum, ad logicum autem ut probatum non pertinet de ipſis conſiderare inquantum ſunt res uniuerſales factę per intellectum ut probatum, non ergo hic poſſunt conſiderari, a porphirio inquantum ſunt uniuerſalia iſta.

PRæterea, habuimus toties regulam, ad cognoſcendum aliqua quomodo conſiderantur in arte, & diximus q. ſumitur modus conſiderādi, a modo diffiniendi. . methaph. 3. tunc ſic ſicuti diffinit ita conſiderat, d ffinit ut prædicata ſic ergo conſiderat. Minor eſt probanda, quæ patet inductione facta in omnibus diffinitionibus iſtorum. genus eſt quod prædicatur de pluribus ſic ſpēs, differentia, proprium &c. Sic igitur d ffinit ergo ſic conſiderat ut prædicata & non ut uniuerſalia.

PRæterea primo poſt. 10. 15. cap. com. 171. 2. poſterioru m. 13. ſubiectum totale eſt genus rerum conſideratarum in arte ſed genus iſtorum eſt prædicatum non uniuerſale ergo prædicatum uel prædicabile ſubiectum non autem uniuerſale, maior eſt nota, minor eſt probanda. Et ſumimus unum. 2. poſt. 20. diffinitio conſtat ex genere & differentia, tunc ſic illud eſt genus iſtorum, quod ponitur pro genere in diffinitionibus iſtorum, ſed ſi diffinitur genus, ſpecies, & omnia iſta, in diffinitionibus iſtorum ponuntur quod prædicatur de pluribus, loco generis, in quid uel in quale loco differentiæ, non ergo iſta ut uniuerſalia conſiderari poterint, Sed in quātum prædicabilia.

AD rationem uero eorū qua probant, uniuerſale eſſe ſubiectum, quoniam habet omnes conditiones ſubiecti, rationem hāc examinare non erit extra propoſitum, & primo uideamus fundamenta, dicunt enim tres conditiones habere ſubiectum. Prima q. de ipſo præcognoſcatur eſſe & quid nominis, ſecunda q. de eo demonſtrentur paſſiones, tertia ut ad ipſum omnia ordinentur.

CLarius nos alias improbauimus, has conditiones non eſſe neceſſarias ipſi ſubiecto, quod ſumpſimus ex Auer. pri. poſteriorum 2. & 74. clarius Themiſtius pri. poſteriorum 2. & 2. & cap. 25. Ariſto. ſubiectum non ſemper debet præcognoſci & maxime quando eſt notum, per regulam Ariſto. ex primo poſteriorum 25 quæ ſunt manifeſta deſpicit ars, & eſt ratio ex primo metha. primo ars uerſatur circa difficilia non circa facilia ſumitur ergo aliquando & eſſe, & quid nominis, ſubiecti, non autem declaratur.

NEq; ſecunda conditio eſt uera, ſcilicet ut de eo demonſtrētur paſſiones, dedimus enim regulam alias. q. de ſubiecto uniuoco ſemper demonſtrantur paſſiones, de analogo autem non ſemper, ſicuti ens in methaphiſica eſt ſubiectum & tamen de eo non demonſtrantur paſſiones, & ipſe met concedit, ait enim de uniuerſali in libro porphirii non demonſtrātur paſſiones, ſed ſi forſitan de genere ſpecie & cæteris, non autē de ipſo uniuerſali uel prædicabili, non ergo ſemper de ſubiecto totali demonſtrantur paſſiones. Neq; tertia conditio eſt uera ſ. q. ad ipſum omnia ordinentur, hoc enim eſt ſubiectum principale per regulas alias datas, ex Auer. 2. topicorum primo.

PRæterea, neq; ſi fundamenta eſſent uera adhuc aliquid concluderent & primo quādo probant. uniuerſale in hoc libro habere primam conditionem, quoniam uniuerſale ſumitur in diffinitione iſtorum. tanq̄ genus, q. debet præcognoſci. 6. topicorum. 4. Nos autem diximus q. hoc ſit falſum, non enim uniuerſale ſumitur pro genere in diffinitione iſtorum, ſed prædicari de pluribus, ſicuti dicit alexander primo topicorum. 4. ſi aliquid ergo præcognoſceretur, eſſet ipſum prædicari de pluribus non autem ipſum uniuerſale, neq; ſi uellet poſſet ipſum uniuerſale ponere pro genere in diffinitionibus iſtorū, habemus enim regulam primo poſteriorum. 178. 6. methaphiſi. 2. ſecundo phiſicorum. 1. primo de anima. 16. artifex quicquid diffinit debet diffinire cum modo conſiderandi propriæ artis, uniuerſale uero inquantum uniuerſale non continetur ſub modo conſiderandi logices, ut ſupra probatum, ergo, uniuerſale autem in potentia eſt res facta, a natura in actu uero ab intellectu, quod hoc modo conſideratum non pertinet ad logicum.

PRobant poſtea, q. habeat ſecundam condi tionem, nam de eo demonſtrantur paſſiones, in capi. enim de genere probat porphirius, q. genus differat ab indiuiduo, per id quod prædicatur de pluribus ergo de uniuerſali.

PRæceptor meus Balduinus, hanc improbabat reſponſionem, dicebat enim q. impoſſibile ſit apud bonos logicos hoc reperiri, q. quando demonſtrantur paſſiones de ſuperiori demonſtrantur etiam & de inferiori. Ratio uero qua rem talem perſuadere poſſumus talis eſſet, habemus enim regulam primo poſt. 19. accidẽs & paſſio quæ demonſtratur, debet eſſe per ſe & eẽntialis eius de quo demonſtratur, & ideo dabat regulã Auer. pri. poſt. 36. prædicata, & paſſiones ſuperiorum inferioribus & e contra conueniunt per accidẽs, non eſſentialiter & per ſe. Ergo prædicata ſpeciei & inferioris non poſſunt demonſtrari de genere ſuo & ſuperiori, concludimus ergo q. quando Ariſto. demonſtrat differentiã inter genus & indiuiduum non poteſt demõſtrare de ipſo uniuerſali, quia tunc per accidens.

SEd quid dicendum de meo præceptore, cũ alias ipſe conceſſerit hoc & in quæſito ſuo de ſubiecto logices ipſe aſſerit immo probat, de ſubiecto totali non emper demonſtrari paſſiones, & eſt uerum, ſed conſiderando de ſpeciebus: conſiderantur etiam tunc de ipſo genere & ſubiecto totali, & hoc eſt quando ſubiectum eſt analogũ. de eo enim non oportet demonſtrare paſſiones, ſed demonſtrando de ſpeciebus demonſtrantur etiam de ipſo, quod nos declarauimus declarando conditiones ſubiecti totalis, uerbi gratia de ente in methaphiſica nullibi demonſtrantur paſſiones ſed de ſpeciebus entis ſic de demonſtratione in libro poſteriorum non declarauit conditiones, ſed de ſpeciebus demonſtrationis, Merito igitur aliquando non demonſtrãtur paſſiones ipſius ſubiecti totalis, ſed ſpecierum in arte, & conſiderando de ipſis conſiderantur etiam de genere.

AD eius uero rationem pro ipſo adductã poſſet reſponderi q. quando genus eſt uniuocum, & ſpecies uniuocæ, nõ poteſt eſſentialiter illud quod conuenit generi & ſpeciei & e contra conuenire niſi per accidens, & eſt regula pro ratione ex quinto phiſicorum primo. primo poſteriorum. 36. com. quod per aliud conuenit alicui. Modo genus uniuocum habet unam naturam cui conuenit aliquod prædicatum eſſentiale, ergo illud prædicatũ ſpeciebus accidentaliter non eſſentialiter conuenire poterit, quoniam per naturam generis conuenit ſpeciebus. v. g. moueri conuenit homini, quia eſt animal, ergo per alteram naturam, ergo per aliud, ergo per accidens. Quando vero genus eſt analogum, non accidentaliter, quod conuenit ipſi & ſpeciebus & eſt ratio contraria, quoniam non per aliam naturam analogum enim aliquando non habet unam naturam niſi in ſpeciebus, & aliquando eſt ignota eius natura, vnde quod conuenit enti per ſe, demonſtramus de ipſa ſubſtantia quoniã ens non habet unã naturam niſi in ſubſtantia primo, ſecundario in nouem accidentibus unde per ſe diuiditur ſubſtantia & ens in actum & potentiam, in unum & multa, quoniam ergo uniuerſale uel prædicabile eſt analogum, ideo poſſumus dicere. q. demoſtrando differentiam inter genus & indiuiduum, demonſtrauit etiam de ipſo uniuerſali non per accidens, ſed per ſe.

SEd contra eos ſunt rationes impoſſibile ſolui, primo ibi Porphirius non arguit demonſtratiue, ſed per diuiſionem inuenit differentiam inter genus & indiuiduum hoc modo, ſumendo per diuiſionem omnia quæ prædicantur aut de uno ſolo aut de pluribus, in diuiduum non de pluribus, genus autem de pluribus, & ſic differunt, ſumit ergo per diuiſionem talem differentiam porphirius & non per demonſtrationem, immo dicimus q. talis modus arguendi in rebus ignotis petit in principio ſecundo poſteriorum capite. 4. commento. 23.

Et non ſine arte porphirius per diuiſionẽ & non per demonſtrationem hoc fecit, habemus enim regulam Auer. 1. poſteriorum primo pri. cœli 1. Ariſto. primo æthicorum 2. quæ per ſe ſunt manifeſta non indigent demonſtratione, ſed aliqua tantum manifeſtatione, vel exemplo, uel inductione, uel diuiſione, quæ in rebus quæ non poſſunt manifeſtare ignota, quãdo quidem omnia talia petunt, ſic etiam fecit Ariſto. 2. phiſicorum a, primo ad tertium, inuenit diffinitionem naturæ per diuiſionem & non per demonſtrationem, quoniã eius diffinitio, ut ibi dicit Auerroes non eſt ignota naturaliter, ſed aliquantulum ignota ſcilicet in aſſuetis in philoſophia per diuiſionem igitur inuenit diffinitionem & differentiam inter naturalia & artificialia. per diuiſionem igitur & porphirius hic per eandem regulam inuenit differentiam inter genus & indiuiduum, non autem demonſtratione, apud iſtos autem omnes

rationes

rationes ſunt demonſtratiuæ, & bene Ariſto. 2. methaphiſices. 14. 15. exclamat contra malos logicos, maxime autem eſſet exclamandum hodierno tempore, cum non diſcernant moderni, quid per demonſtrationē, & quid per alia inſtrumenta ſint cognoſcenda, non enim omnia eadem ratione ſunt nobis inquirenda 2. methaphi. 14. ſed qualis materia tale debet eſſe inſtrumentum pri. æthicorum 2. & certe ſi quis eſt expoſitorum, qui talem in rationibus artem ab Ariſto. obſeruatam fuiſſe, oſtendit, ſolus eſt ipſe Auer. alii uero de arte & peritia parum uel nihil curant, in noſtro uero opuſculo de petitia artis, talem obſeruatam ab Ariſto. & Auer. in cunctis eorum operibus atq; libris, & ubi præcipiunt, & ubi tali utuntur arte oſtenderimus, quod ſemper quā maxime quidē utile iudicaui, cum neq; Auer. neq; Ariſt. uerbum ſine arte dicant, artem autem ſilentio prætereunt, in mente tamen ſeruata per illam ſuas regulant operationes, unde diuini potius q̄ humani ſunt hēndi.

QVantum uero ad illud quod addit, q. habeat tertiam conditionem. ſ. q. ad ipſum uniuerſale reducantur omnia conſiderata in libro porphirii tanquā ad genus, neq; hoc dubitatione caret, per ipſum met porphirium, ſumendo fundamentum ex quo uolebat dare differentiam inter genus & indiuiduum: dicit quædam ſunt quæ prædicantur de uno, quædam de pluribus, prædicari de pluribus diuiditur, quoniam aliud eſt genus aliud eſt ſpecies &c. diuiſit ergo ipſum prædicari de pluribus in illa quinq;. Tunc argumētor per ipſum met porphirium cap. de differentia illud quod diuiditur eſt genus, in quæ diuiditur ſunt ſpecies, per quæ diuiditur ſunt differentiæ, igitur prædicabile inquantum prædicabile & non inquantum uniuerſale genus.

PRæterea illud eſt genus ſicuti dictum ſupra, quod ponitur in diffinitione, & eſt pars uniuerſalis conueniens aliis & non conuertitur, primo topicorum 6. ſed in diffinitionibus iſtorum ponitur prædicari de pluribus huiuſmodi, ergo illud loco generis & genus, non autem uniuerſale.

SEd aliquis poſſet pro ipſis dicere, q. prædicari de pluribus & uniuerſale eſſent idē & ideo ſi unum ſubiectum & alterum, quæ excuſatio nihil eſt, primo quoniam uniuerſale inquantum uniuerſale non continetur ſub modo conſiderandi logices, ut probatum ſupra, bene uero prædicabile, nam prædicatum primo priorum primo reſpicit & eſt principium propoſitionis, & a logico conſiderari debet neceſſario, & ideo poteſt poni in diffinitionibus rerum logicalium, non autem uniuerſale.

PRæterea, non poſſunt intelligere prædicari de pluribus & uniuerſale ut idem, per ipſos met, nam uolendo probare q. uniuerſale ſit ſubiectum, quoniam habeat ſecundam conditionem ſubiecti, quia de eo demoſtrantur paſſiones, probant hoc modo ex capipite de genere, genus differt ab indiuidnis per id quod prædicatur de pluribus, & per hoc q. probant de genere dicunt eſſe probatum de uniuerſali, ergo idem per idem demonſtraretur: demonſtratur enim de uniuerſali per prædicari de pluribus, ſi igitur hæc duo ſunt eadem ergo fere idem per idē quod eſt petere in principio.

Quid ſit uniuerſale.

ET quoniam aliqua diximus de uniuerſali, Diximus etiam, q. aliorum diſtinctionom placcat nobis, ideo & nos aliquid dicere de hac re non etit inutile. Et primo dicimus q. regula ſit Ariſto. primo elenchorum cap. de multiuoco, primo coeli 110. omne multiplex prius eſt diſtinguendum, & poſtea appropriandum illud quod eſt ad propoſitum noſtrum quoniam aliter faceret nobis intellectum confuſum, & ideo dicimus uniuerſale ſumi multis modis. Primo dicitur uniuerſale in potentia, & eſt forma quæ in actu eſt ſingularis, tamen in potentia eſt uniuerſalis: & eſt forma quæ eſt in tanta & tali materia extra animam & in compoſito 2. de anima 2. 4. 7. metha. 35. pri. coeli 95. 92. eſt ſingularis illa forma, quia eſt determinata per tantam & talem materiam, & quoniam omne quod fit a natura fit cum hac materia & forma determinata moſtrata digito ad ſenſum, ideo omne quod fit & eſt a natura eſt ſingulare, non ergo datur materia uel forma uel compoſitum apud naturam, niſi ſingulare, eſt tamen iſta forma uniuerſalis in potentia non in actu, quia in actu, ut dictum, eſt ſingularis, in potentia tamen eſt uniuerſalis, quia fit & reducitur, de ſingulari in actu potentia uero uniuerſale, per ipſum intellectum ad actu uniuerſale 3. de anima 17. 18.

ALio modo dicitur uniuerſale & uere uniuerſale, & eſt illa met natura, quæ apud naturam inquantum eſt cum tanta & tali materia eſt ſingularis, tamen per intellectum eſt factum actu uniuerſalis, & redu-

ctum de potentia ad actum. inquantum con-
ſiderat ipſum ſine tanta & tali materia, &
ſpoliat ipſum tanta & tali materia & a, con-
ditionibus materiis & hoc modo dicitur for
ma uniuerſalis. Exemplum humanitas in-
quantum inuenitur in ſorte eſt ſingularis, in
quantum uero conſiderat intellectus huma
nitatem non in tanta & tali materia. ſ. in ſorte
ſed in ſe, ut eſt quædam natura, quæ commu
nicabilis pluribus, in qua conueniunt om-
nia indiuidua, et ineſt in ipſis, tunc illa huma
nitas eſt res uniuerſalis, quoniam tunc con-
ſideratur illa natura non ut in uno tantum,
ſed ut nã quædam in qua conueniunt omnia
indiuidua, & hæc eſt illud quod dicebat
Ariſto. primo cœli 95. 92. 7. methaphi. 35. for
ma in materia ſingularis, extra materiam uni
uerſalis, ut cœlum cum hac materia ſingula-
ris, ſine materia uniuerſalis; 3. de anima 9.
& 10. aliud eſt caro & aliud eſt eſſe carnis, eſſe
carnis eſt quid ditas, eſſentia, forma, ſine ma
teria & uniuerſale, & ideo ſola quid ditas eſſen
tia, ratio rei, eſt uniuerſalis, cum exiſtentia
uero ſingularis, quæ uni conuenit.

SEd accidit non parua dubitatio, Dictum
eſt enim, q. apud nam iſta forma eſt ſin
gularis. intellectus autem intelligit illam ut
uniuerſalis, quod uidetur abſurdum atq; fal
ſum, & ſumimus regulam datam ex Auer. 2.
poſteriorum 94. & com. 8. primi poſteriorũ
& 6. 7. Ariſto. in poſt. prædicamentis cap. de
priori 2. methaphi. 4. Tunc uere ſcitur res,
quãdo cognoſcuntur ſicuti res ſe habet apud
naturam, cum ergo iſta forma apud natu-
ram, ut dictum, eſt ſingularis, ergo falſo in
telligit intellectus intelligendo eam ut uni-
uerſalis, ad quod reſpondeamus cum Ariſt.
2. phiſicorum 18. 3. de anima 38. abſtrahen-
tium non eſt mendacium. Pro quo decla-
rando noto mihi unum, q. iſta prima in ſe eſt
uniuerſalis, ideſt in eſſentia ſua non autem ſin
gularis niſi per tantam & talem materiã, ut
humanitas in ſe eſt res: & ratio quædam, quæ
eſt & inuenitur in pluribus, talis eſt natura
& eſſentia ſua, apud naturam uero ideſt ex-
tra animam, & in exiſtentia, eſt ſingularis,
non poteſt eſſe uniuerſalis, & ideo quanuis
apud naturam, extra animam, non inue-
nitur iſta forma uniuerſalis. tamen quo-
niam in ſe, & in eſſentia ſua & apud ſuam
naturam & in quantum ipſum eſt uniuerſa-
lis, Cum ergo intellectus intelligat eſſen-
tiam rerum 3. de anima 9. & 10. non exi-
ſtentiam; inquantum ſunt cum materia tali
& tali forma, ideo non decipitur, immo
tunc uere intelligit, quando intelligit talem
formam ut eſt ſine materia, & ut eſt uni-
uerſalis non autem ſingularis: & ideo dice-
bat Ariſtoteles abſtrahentium non eſt men
dacium.

DE hoc uniuerſali locutus eſt Ariſtote.
primo cœli 92. 95. cœlum cum mate-
ria ſingulare, ſine materia uniuerſale, ideſt
forma eſſentia cœli inquantum ſeparata per
intellectum a, materia tanta & tali uniuer-
ſalis eſt, de hoc uniuerſali loquitur Ariſto.
primo de anima 8. Auerroes 7. methaphi.
35. forma, non in tanta & tali materia ſin-
gulari, eſt uniuerſalis hoc diffinit Ariſto-
teles primo de interp. capit. 5. Auerro. in
epitom. logicalibus: capite de rebus agenti-
bus formationem, & eſt illud quod eſt ap-
tum natum prædicari de pluribus, ideſt uni
uerſale eſt illa natura quæ de ſe eſt apta na-
ta in eſſe & ideo prædicari de pluribus eſ-
ſentialiter. Dixit quod eſt aptum natum
prædicari, ad differentiam indiuidui, quod
non aptum natum prædicari; vel potius
ut denotet, q. quanuis aliqua forma apud
naturam non eſt in pluribus. neq; prædi-
catur de pluribus actu, ut fœnix primo po-
ſteriorum 38. commen. quia unicum tan-
tum habet indiuiduum ſub ſe tamen in ſui
natura eſt apta nata prædicari & ineſſe plu-
ribus: & ideo Vniuerſalis. Dixit prædi-
cari ex quo debemus notare, q. illud uni-
uerſale eſt ſola forma, in eſſentia ſua. Pro
quo noto unum 2. de anima 2. & 4. omnis
ſubſtantia aut materia, aut forma aut com-
poſitum compoſitum, & materia non præ-
dicatur. remanet ergo Vt ſola forma ſit præ-
dicatum: dico formam non cum tanta &
tali materia, ſed forma illa in ſe ſine mate-
ria & compoſito abſtracta per intellectum,
dixit etiam prædicari, nam primo poſte-
riorum 172. illud quod prædicatur eſt in
re, & ideo iſta uniuerſalia oportet, q. ſint
in re, ut differat a, Platone, qui uolebat
uniuerſalia non in re exiſtere, 12. metha-
phiſi. 4. dicit illud uniuerſale, (intellectum
& effectus intellectus) nam 3. de anima 38.
illæ ſpecies imagines rerum ſunt in anima no
ſtra proprie, quæ eſt ipſe intellectus coniun-
ctus cum cogitatiua, extra animam uero
ſunt res ipſe, cauſa uero agens eſt intellectus
agens, & ideo dicitur intellectus agens 3. de
anima 18. 2, cogitatiua uero ſunt originali-
ter atq; inſtrumentaliter 3. de anima 30.

DIcitur hoc uniuerſale (primo intelle-
ctum) nam 12. methaph. 4. porphi.

cap.de ſpecie, ſpecies & natura uniuerſalis eſt illa natura, in qua conueniunt &, ſunt ſimilia ipſa indiuidua extra animam, cum ergo intellectus inſpexerit ipſam in eſſe pluribus, & uidet, q, eſt una natura in qua conueniunt eſſentialiter ipſa indiuidua colligit illam naturam, ex ſingularibus & facit unam intentionem quæ intentio poſtea ut in intellectu eſt dicitur primo intellectum, nam eſt factum per primam operationem intellectus & hoc dicebat porph. collectiuum enim multorum in unam naturam, ſpecies eſt.

EX his omnibus inferimus, q, de tali uniuerſali inquantum uniuerſale eſt, non pertinet ad ipſum logicum declarare, cum ſit effectus ipſius intellectus, & ad eundem ſpectat de cauſa & effectu conſiderare.

ALiud uniuerſale, eſt uniuerſale logicum, & dicitur ſecundo intellectum ab ipſo Auerro. & eſt illud quod fabricat ſibi intellectus primo de anima 1. Themiſtius ad cognoſcendum tales naturas rerum .ſ. uniuerſales uel ſingulares. Quod non eſt ficticium, quoniam ſumitur a, rebus primo intellectis, quod non conſiderat logicus inquantum uniuerſale & factum ab intellectu, ſed ut inſtrumentum uel regula fit ad cognoſcendum naturas rerum, illud autem 2. intellectum fit hoc modo. v.g. poſtquam intellectus prima ſui operatione recipit hanc naturam, in qua conueniunt omnia indiuidua, & fecit unam intentionem, iterum inſpicit ſuper ipſam & uidet q, ſit & ideo prædicetur de pluribus, unde logicus uocat talem & ſimilem aliam naturam, ſpeciem, quæ erit regula ad cognoſcendum omnes naturas, quæ prædicantur de indiuiduis inquid. Per diffinitionem enim ſpeciei ſeruatam in mente, cognoſcimus ſimiles naturas, unde ipſa ſecundo intellecta non ſunt naturæ rerum, ſed fabra & inſtrumenta ad cognoſcendum naturas in rebus uel uniuerſales, uel non uniuerſales, & ideo uocauit paſſiones animæ 6. methaphiſices ultimo, & ſunt accidentia ipſius intellectus, ideo genus non prædicatur inquid de ſpecie, cum utrunq; ſit accidens & unum non prædicatur de altero ſubſtantialiter, dico genus, ut eſt ſecundo intellectum, non autem de natura generica loquor, illa enim natura bene prædicatur inquid de ſuis ſpeciebus.

ALias autem expoſuimus diffinitionem generis quomodo debeat intelligi, & declarauimus q, genus eſt quod prædicatur in quid, ideſt eſt inſtrumentum ipſius intellectus per quod poterimus cognoſcere naturam genericam, quæ eſt & prædicatur de pluribus ſpeciebus, ſunt ergo logicalia uniuerſalia ſumpta iterum intellectu cogitante, ex ipſis primo intellectis, inquantum fabra ipſius intellectus, ad cognoſcendum naturas rerum ſimiles, de his igitur loquitur logicus, non autem de primis ut uult Scotus, Et illud uniuerſale ſecundo intellectum differt a, primo, quoniam primum eſt res ipſa & natura, quæ facta eſt a, natura extra animam & ſingularis, ab intellectu autem in anima eſt uniuerſalis, ſecundo uero intellectum non eſt aliquo modo factum a, natura, ſed bene ſumptum a, naturis rerum primo intellectarum & ideo non eſt ficticium.

ALiud uniuerſale eſt illud 6. methaphi. 2. quod in ſe ſua natura & apud naturam eſt uniuerſale, & non ſolum per eſſentiam, ſed etiam per exiſtentiam, quoniam de ſe ſine materia poſſunt exiſtere: & ideo diffinitione & opere, & ideo dicitur uniuerſalis per eſſentiam, & exiſtentiam, & ſunt primæ ſubſtantiæ & intelligentiæ ipſæ non dependentes a, materia in eſſe & operari. Differunt uero primum uniuerſale. i. primo intellectum & hoc, quoniam primum non eſt ſine materia neq; abſtractum apud naturam, ſed per intellectum tantum, apud naturam uero ſingulare cum tanta & tali materia, a qua dependet in eſſe exiſtentiæ & operari, & hoc modo ſunt abſtracta mathematica, 6. methaphi. 2. 2. phiſicorum 18. iſtud uero uniuerſale de ſe & per ſuam naturam eſt abſtractum a, materia & ideo exiſtentia non ſolum in eſſentia & intellectu, & ideo in eſſe & operari, ſicuti intellectus noſter 3 de anima 6. & 7. & intelligentiæ 8. phiſicorum 52. 79. & hæc eſt differentia inter Ariſto. & Platoné uolebat enim Plato: q, illa uniuerſalia per intellectum, ſint ſeparata & uniuerſalia extra animam, ſicuti & intelligentiæ, quod negat Ariſto.

ALiud uero uniuerſale ſumitur magis ſtricte, & eſt illud 1 quod diffinit Ariſt. primo poſteriorum cap. de uniuerſali: & eſt illud quod habet iſtas tres conditiones .ſ. de omni per ſe & inquantum ipſum, differt uero a, prædictis, nam per ſuas conditiones debet eſſe prædicatum conuertibile, primum autem non conuertibile & inquantum ipſum, ut habere tres de Yſochele uniuerſaliter predicatur primo modo & prioriſticæ, non autem poſterioriſticæ. i. ſecundo modo.

& inquantum ipſum, bene de triangulo uni
uerſaliter prædicatur poſterioriſtice.

ILlud uero quod dicunt uniuerſale in cau
ſando, ut deus uel materia prima, non ui-
detur recte poſitum, uel enim conſideramus
illas cauſas reſpectu effectus, & ſic dicuntur
cauſæ remotæ. uel cauſæ propinquæ, non
cauſæ uniuerſales uel particulares. quoniam
cauſa ut cauſa reſpicit cauſatum & effectum,
debet igitur dici reſpectu effectus cauſa remo
ta & cauſa propinqua, uniuerſale uero refer-
tur ad ſuum ſingulare, quod eſt ſub illo, &
de quo prædicatur, ſicuti non eſt effectus cũ
cauſa propinqua uel remota, bene enim effe
ctus eſt ex illis, ſed non eſt ſub illis, ut homo
eſt ex materia & forma: tamen non ſub illis
tanquam ſuum ſingulare, ſignum quoniam
non de ipſo prædicantur. Non ergo debet
dici deus uel materia prima cauſa uniuerſa-
lis ipſius hominis, ſed potius cauſa remota;

Et ſi dicatur, q. Ariſto. primo phiſicorum
4. poſuit dicendo, q. ex uniuerſalibus in ſin-
gularia oportet procedere, & loquitur de cau
ſis, ergo dantur uniuerſales cauſæ in cauſan
do, ad quod reſpondeamus cum ipſo met
Ariſto. ſumendo quod ſupra dixit textu pri-
mo, intentionem eſſe in libris phiſicorum tra
ctare de cauſis, & quoniam cauſæ aliæ uni-
uerſales aliæ mediæ, aliæ minus uniuerſales,
& ideo quæreret aliquis ab Ariſto. a, quibus
incipiendum reſpondet textu 4. a, cauſis ma
gis uniuerſalibus, quia ſunt magis notæ, non
q. naturales cauſæ ſint magis notæ, nam tex
tu ſecundo dixit cauſas naturales eſſe notas
naturæ & non nobis, ſed dicendum. q. cau-
ſæ uniuerſaliſſimæ ſint magis notæ ideſt mi
nus ignotæ cauſis particularibus & propriis
& ideo quoniam. 5 methaph. primo a, minus
ignotis eſt incipiendum ideo a, cauſis uni-
uerſalibus eſt incipiendum poſtea de cauſis
ſingularibus & propriis. loquitur igitur Ari.
ibi de uniuerſali in prædicando, quoniam
non comparat cauſam ad cauſatum ſicuti
comparauit textu primo, ſed cauſam uniuer
ſalem ad cauſam particularem, quæ eſt ſub
illa. v. g. eſt materia prima ſub ipſa elemen-
tum ſub ipſa eterogenea &c. omnia iſta ſunt
cauſæ una ſub alia una uniuerſalis, alia media
alia particularis, in eodem genere cauſæ ſci-
licet materiali, a qua igitur incipiendum re-
ſpondet Ariſto. ab uniuerſali loquitur igitur
Ariſto. de uniuerſali in prædicando non in
cauſando. Nota tamen q. materia poteſt
comparari ad ipſum elementum duobus mo
dis, inquantum cauſa ipſius, & ſic dicitur cau
ſa & non uniuerſalis, inquantum uero ele-
mentum eſt etiam materia aliorum, ſic eſt
ſub eodem genere cauſæ, & ſic prædicatur
cauſa materialis de elemento & dicimus ele
mentum eſt materia inferiorum. Alio uero
modo dicimus, elementum eſt compoſitum
ex materia prima & ſic non uniuerſale ad ip-
ſum. Neq; obſtat illud quod dicitur quod
materia non prædicetur hoc enim eſt uerũ
de effectu, non autem de cauſa ſua inferio-
ri, ut dictum, materia non de homine & ele
mento prædicatur in recto, niſi forte in obli-
quo inquantum cauſa ipſorum, bene uero
de elemento ut ipſum eſt materia aliorum,
dicimus enim elementum eſt materia infe-
riorum, materia loco generis, & ſic dixit
Ariſto. in libro poſteriorum commen. 12. uni
uerſalia ignota nobis, comparando ad ipſum
effectum, & hoc modo facillime ſoluitur il-
la contradictio inter quartum textum primi
phiſi. & 12. com. primi poſteriorum, in phi-
ſicis enim dixit cum ſint plures Gradus cau
ſarum ſemper quæ eſt magis uniuerſalis, ma
gis nota minus ignota reſpectu ſuarum cau-
ſarum particularium, quæ ſunt ſub ſuo uni-
uerſali, ſicuti exponit Auer. v. g. uidemus ad
ſenſum generationem & corruptionem, ma-
gis eſt notum ibi q. inſit aliquid in potentia
quæ eſt materia: & principium ſubiectum. q̃
q. ibi ſit elementum, elementum enim, cum
ſit in actu ducit ad oppoſitum potius, in li-
bro uero poſteriorum dicit cauſæ remo-
tiſſimæ ſunt minus notæ & ſenſatæ compa
rando illas effectui, & eſt clarum, primo enim
ſentimus domũ, ſecundo parietes, quæ ſunt
cauſæ immediate domus, poſtea ſentimus
cauſas remotas domus. ſ. lapides ligna, po-
ſtea tales lapides & talia ligna &c. cum ergo
ſenſus ſit origo noſtræ cognitionis in intel-
lectu 3. de anima 30. Merito ſi partes pro
pinquæ prius ſenſatæ & prius igitur intelle
ctæ. Patet igitur in libris phiſicorum locu
tum eſſe de uniuerſali in prædicando reſpe-
ctu ſuarum cauſarum quæ ſunt ſub illo uni-
uerſali, in libro uero poſteriorum de uni-
uerſali, in cauſando, reſpectu effectus, &
quomodo, illo modo cauſæ uniuerſaliores
ſunt notiores; hoc autem modo ignotio-
res. Redeuntes igitur vnde digreſſi ſu-
mus, dicimus, q. cauſæ inquantum reſpi-
ciunt alias cauſas ſub ſe dicuntur vniuerſa-
les & ſunt vniuerſales in prædicando, in quan
tum uero reſpiciunt effectus, non debent di-
ci cauſæ uniuerſales ſed potius cauſæ remo-
tæ & propinquæ, quanuis aliquando Ariſt.
& Auer.

& Auerro.confundant hos terminos, ſed de uniuerſali cum ſit extra propoſitum noſtrũ principaliter intentum hæc ſufficiant.

VT autem magis ad mentem Porphirii declaremus illa octo,quæ dicit Auerro. in primo phiſicorum in prologo.ſ.intentionem & ſubiectum,utilitatem,ordinem,uiam doctrinæ, diuiſionem , proportionem , nomen libri , & nomen authoris , mihi uiſum eſt ex ipſius met uerbis hæc omnia colligere, non enim quæ noſtræ ſuccurrunt menti proferre debemus , ſi authoris intentionem exprimere deſideramus , ſed ex ipſius met uerbis ſuam colligere ſententiam atq; opinionem,hæc omnia igitur ex ſuo colligere prohemio,ſimul & quod eſt ad noſtrum propoſitum exponere decreuimus.

PRimo igitur ut appareat magis ars Porphirii quam ſilentio prætermittit , quædam ſunt prius percipienda , & primo , regulam ipſius Ariſto.3. rethoricorum cap. de prologo. Neceſſario diuiditur ars in duas partes , in prohemium,& tractatum, alia autem pars .ſ.epilogus eſt potius ad bene eſſe ad memoriam , ſicuti clarius habetis in quodam noſtro opuſculo de peritia artis. Duæ ergo ſunt partes artis neceſſariæ . Si aliquis autem quærat quid fiat in prologo, & quare neceſſarius, ſimul & ſimel cum Ariſt. reſpondemus ex 3.rethoricorum loco dicto, in prohemio prædicũtur , præcognoſcuntur , inueniuntur res conſiderandæ in tractatu , unde quoniam præcognitio confuſa eſſe , & quid nominis rei cognoſcendæ eſt neceſſaria primo poſteriorum 1.& 25.cap.iſta præcognitio fit in prohemio, quoniam eſt ante doctrinam rei diſtinctam quæ fit in tractatu , ideo dicimus prohemium eſſe neceſſarium in arte , Et ultra hoc eſt ratio ſumpta ex 7. methaphi. 23. 3. æthicorum 6. ars operatur ex fine præcognito prius in intellectu , antequam igitur ars cognoſcat res ſuas cognitione diſtincta, oportet ut præcognoſcat ea cognitione confuſa , quæ præcognitio non poteſt fieri niſi in prohemio, prohemium igitur eſt pars neceſſaria artis, unde poſſumus colligere quare neceſſarius prologus , & quid ſit prologus, & q. ſine prologo ars aliqua ſit diminuta. Hac igitur regula ſe regulãs Porphirius , fecit & ipſe prohemium , more boni artificis, in hoc ſuo opuſculo,in quo præponit intentionem ſuam conſiderandam , ex qua præcognita magis artificialiter ſuum conſtituat librum.

Sic etiam dicimus tractatum & partem artis , & neceſſariam partem eſſe . nam in ipſo habetur perfecta & diſtincta doctrina rei præcognitæ in prohemio , quomodo autem & quot ſunt inſtrumenta , & qualiter, & quo ordine; utraq; pars conſideratur atq; epilogus. Sic etiam quot ſunt neceſſario præponenda in prohemio , & quæ & quomodo neceſſaria in tractatu,hæc omnia habebitis in noſtro opuſculo de peritia artis , ibi enim datur amplius ſpeculandi locus.

FAcit igitur prohemium ipſe porphirius, ut regulam artis ſeruet .ſ. ut præcognoſcat res ſuas cognitione confuſa , ut poſtea in tractatu cognitione diſtincta cognoſcat, & maxime intentionem uel ſubiectum libri, quod præpoſuit Porphirius dum dixit uelle conſiderare de genere de ſpecie &c. unde probamus , q. hoc ſit ſubiectum nam illud eſt ſubiectum per regulam ſupra ſumptã , quod præponitur in prologo , tractatur in tractatu , ſed hoc præpoſuit Porph. in prohemio, & tractauit in tractatu,hæc igitur intentio & ſubiectum huius libri.

SEd ſtatim quæram , ut ſæpius dictum & probatum , ſubiectum debet habere duas partes , rem conſideratam & modum conſiderandi . Quæ eſt res conſiderata? & quis erit modus conſiderandi?

Ad quod dicamus , notando primo quædam ſupra iterum dicta , Rem conſideratam in aliqua parte artis , debere, eſſe partem rei conſideratæ in communi . v. g. & exemplum ad propoſitum noſtrum , ſubiectum totale in logica , ſunt ſecundo intellecta , quæ conſiderantur in parte logices tanquam materia debent eſſe ſecundo intellecta , ut in libro priorum de ſillogiſmo , demonſtratione &c. quæ ſunt ſecundo intellecta ſic & in hoc libro de genere , ſpecie & huiuſmodi aliis poſſunt conſiderari , quæ ſunt etiam aliqua ſecundo intellecta , & ſic ut patet ſunt etiam res conſideratæ a , logico ; quam rem conſideratam expreſſit ipſe Porphirius dum dixit , de illis quinq; conſiderare uelle , tanquam de materia , circa quam ſuus liber uerſetur . Modum autem conſiderandi expreſſit Porphirius ibi fere in ultimo cum dixit, de propoſitis quinq; uelle loqui , quantum logice tractauerunt antiqui : quomodo autem exponendum hoc poſtea dicemus . Vnde ſi quærat aliquis a , Porphirio , quid materia & res conſideranda in hoc libro, Reſpondet ſunt illa quinq; ſecundo intellecta.ſ.

genus,ſpecies &c.ſi quærat poſtea quis modus conſiderandi. Reſpondet logice.i. ſub modo conſiderandi logices,ut poſtea latius dicemus.

SEd iterum quæreret aliquis ex primo poſteriorum cap.de unitate ſcientiæ com. 171.2.phiſicorum 17.facultas aliqua ;eſt uel dicitur una uel diuerſa,ab unitate uel diuerſitate ſubiecti. cum ergo iſta ſint quinq, & diuerſa inter ſe , ideo quinq; ſequitur eſſe libros inter ſe diuerſos , quod inconueniens,

Ad quod dicimus ſumendo unum quod ſupra dictum,q, ars non dicitur una uel plures a, re conſiderata: patet enim in arte una plura conſiderari , & tamen una ars , ſed dicitur una a ,modo conſiderandi uno , dicimus ergo q, iſta quinq; ſunt res conſideratæ,l.materia conſiderata tantum non autem complete ſubiectum,ſicuti dicit Ammonius , complete uero ſubiectum ſunt iſta quinq; ,inquantum ſunt inſtrumenta,ut poſtea latius dicemus.

VEl dicemus melius ſumendo unum ex Auerro.2.poſteriorum 33.pri.poſteriorum 20.25. Ariſto. ſubiectum totale eſt illud quod eſt tanquã genus compræhẽdens omnia conſiderata in arte tanquã ſpecies ſuas,ſumimus alterum genus poſitum in diffinitionibus iſtorum eſſe prædicabile , quod patet inductione facta in omnibus eorum diffinitionibus , unde ſequitur ut prædicabile ſit ſubiectum totale,a quo liber iſte Porphirii dicitur unus,quomodo uero prædicabile ſubiectum,poſterius dicetur.

SEd ſtatim dubitabitur ex primo poſteriorum 2.& 25. ſubiectum præcognoſcitur in ſcientia neceſſario. Nullibi uero prædicabile præcognouit Porphirius , ergo non ſubiectum, ad quod reſpondeamus cum Auer.pri.poſteriorũ 2.74.com.& cum Ariſt. 25.cap. quando eſſe, quid nominis ſubiecti eſt notum , deſpicit ars illa præcognoſcere, ſed ſupponit tanquam manifeſtiſſima, huius uero regulæ dedimus cauſam ex primo methaphi ars uerſatur circa difficilia non autem circa facilia. Quoniam ergo dari prædicabile Porphirius ſumpſit tanquam manifeſtum ob id igitur non probauit , maior nota , minor probanda, ex capi. de genere, uolens Porphirius dare differentiam inter genus & alia prædicata , ſumpſit dari prædicabile , & non ſolum dari prædicabile, ſed quoddam prædicari de uno quoddam de pluribus, ſuppoſuit ergo dari prædicabile tanquam manifeſtum.

SEd iterum dubitabitur de ſubiecto demonſtrantur paſſiones in arte primo poſteriorum 20.25.& cognoſcuntur prædicata eius, in quid per diffinitionem in quale eſſentiale per demõſtrationem , primo de anima tertio , & tunc completur eius cognitio , ſi ergo prædicabile erit ſubiectum ergo de eo oportet ut Porphirius in hoc libro conſiderauiſſet ſua prædicata propria quod non fecit ,non ergo ſubiectum . Ad quod reſpondere non erit difficile & ſumimus unum dictum ſupra , prædicari eſſe quoddam genus ad plures ſpecies prædicati , ſicuti prædicata ſunt alia in quid , alia in quale , alia per ſe alia per accidens : & iſtæ ſunt ſpecies prædicati , de quibus tractat Ariſtoteles in libris poſteriorum & topicorum , genus uero eſt prædicatum de quo tractauit Ariſto. & diffiniuit in libro priorum cap.primo,unde dicimus.q, tractare de prædicato in communi,non pertineat nec ad librum poſteriorum neq; ad librum topicorum , ſed ad librum priorum , ibi enim conſideratur de ſillogiſmo in communi , de propoſitione in communi , de termino , ſubiecto ac prædicato in communi , in aliis uero libris conſiderantur ſpecies iſtorum ſillogiſmorum ſ.in libro topicorum de ſiliogiſmo topico primo topicorum primo in libro poſteriorum de ſiliogiſmo demonſtratiuo primo poſteriorum cap. 5.ſic in libro topicorum de præmiſſa topica , in libris poſteriorum de præmiſſa demonſtratiua , ſic de terminis per ſe & per accidens in libris poſteriorum cap. de per ſe, inquid uel in quale in libris topicorum cap. 4. iſta ergo conſiderantur in libris topicorum ut prædicata in quid uel in quale,non ut prædicata in communi, & quoniã iſta conſiderat Porphirius , & diffinit ſicuti Ariſto. in topicis , ergo iſta quinque ut prædicata inquid uel in quale ſunt ſubiectum in libro Porphirii de quibus conſiderat conditiones,& prædicata uel paſſiones proprias Porphirius , Minor eſt probanda, & patet , nam modus conſiderandi eſt modus diffiniendi , ſicuti probatum ſupra , ſed diffinit ut topicus , ergo ſic conſiderat , ut prædicata in quid uel in qualia , ſi uero de ipſo prædicato in quid uel in quale in communi non tractauit . non eſt mirum, nec ſine arte , nam & Ariſto. de demonſtratione in communi nullibi tractauit , ſed de ſpeciebus demonſtrationis in libro poſteriorum, & tamen demonſtratio eſt ſubiectum & hoc fit quando ſubiectũ eſt analogum, tunc enim

demonſtran

demonſtrando de ſpeciebus prædicata; demonſtrantur etiam de genere, quod non inconuenit in analogo ſecus autem in uniuoco. Vel dicamus q; Porphirius ſumpſit iſta ab Ariſto. ex libro topicorum, ubi iam præcognitum fuit in libro priorum quid ſit in communi, & quoniam Porphirius ſumit illa ſicuti & ipſe met Ariſt. ibi diffinit, ideo non fecit mentionem de prædicato in coī ipſe Porphirius, cum neq; Ariſt. in libris topicorū unde ſumpſit hæc omnia.

COncludimus ergo q; iſta ſint ſubiectum in libro Porphirii, non ut p̄dicata in communi, ſed ut prædicata in quid uel in quale. & hoc eſt quod dicebat Auer. in ultimo expoſitionis Porphirii. iſta poſſe conſiderari uel ut p̄dicata demonſtrabilia. i. ut per ſe uel p accidēs & hoc modo in libro poſteriorū, uel ut pbabilia. i. ut in qd uel in qle, & ſic ī libris topicoꝝ, q̄re nō neceſſarius iſte liber.

SEd iterum contingit quærere ſi prædicabile ut in quid uel in quale eſt ſubiectum in libro Porphirii, quare non præpoſuit hoc in Prohemio, ſed illa quæ ſunt partialia ſubiecta. ſ. genus ſpecies &c. ad quod reſpondeamus cum Auerro. primo philicorum in prologo, dixit ſubiectum in philoſophia naturali ſunt res ſenſibiles, in plurali non autem dixit corpus naturale, neq; hoc ab Auer. ſine arte factum fuiſſe puto nam 2. de anima 12. ars non intendit cognoſcere uniuerſalia, ſed ipſa ſingularia: & propter ipſa quærimus cognoſcere uniuerſalia, cum ergo intentio eſt præponenda in prologo, maxima autem intentio ſit circa res potius minus uniuerſales, immo ſingulares extra animam 2. poſteriorum primo. Auer. Et eſt ratio quoniam ſcientia uera in ſequitur opus naturæ, natura uero intendit atq; facit res ſingulares & ideo nos naturali deſiderio intendimus ſingularia cognoſcere ideo igitur dixit Auer. ibi & Porphirius hic, intentionem eſſe de his quinq;. ſ. genere ſpecie, &c. non autem præpoſuit prædicabile in communi. concludimus ergo q; iſta quinque prædicata in quid uel in quale ſint partialia ſubiecta in libro Porphirii.

SEd ultimo contingit dubitare, & non ſine ratione, ſi enim prædicatum in communi non eſt ſubiectum, nec iſta quinq; ſunt ſubiectum totale, ſed partialia quid ergo ſubiectum totale non enim prædicatum in quid uel inquale, quoniam prædicatum in quid uel in quale eſt modus conſiderandi; diximus enim iſta tractari inquantum prædicata in quid uel in quale, illud inquantum reduplicat rationem propriam, & modum proprium conſiderādi 5. methaphi. cap. 13. quod ipſum, primo poſteriorum cap. de uniuerſali. Quoniam illud quod eſt inquantum ipſum tale, eſt per ſe tale, quod per ſe tale, per diffinitionem ſuam eſt tale, cap. de per ſe, quæ diffinitio eſt ratio propria rei, ſecundum quod ipſum ergo reduplicat rationem propriam, ad hoc reſpondere poſſumus cum exemplo; ſumendo ex Auer. in principio epitom. methaphiſicalium. & Ariſt. 4. metha. primo; ens eſt ſubiectum in methaphiſica, cuius modus, conſiderandi eſt inquantum ens, ſubiecta uero partialia ſunt decem prædicamenta, quæ ſunt ſpecies entis; ſic dicimus nos prædicabile inquid uel inquale eſſe ſubiectum: ſub hoc modo inquantum prædicabile in quid uel in quale, cuius partialia ſubiecta ſunt iſtæ quinq; uoces. ſ. genus ſpecies & alia tria prædicata, quæ tanquam ſpecies ſunt prædicati uel ſoluamus alio modo, & magis forſitan ad intentionem Porphirii ſumendo illud uerbum (ſecundum modum introductionis) et dicimus, q; intētio Porphirii ſit cognoſcere iſta, quæ ſunt prædicata in quid uel in quale, non inquantum prædicata in quid uel inquale, ſed inquātum ſunt inſtrumenta, & regulæ quædam ad cognoſcēdum naturas rerū, non ut ſint prædicata propoſitionis topicæ ſicuti fuit intentio Ariſt. in libris topicorū, & ideo dixit Porphirius conſideramus & tradimus iſta; uelut introductionis modo. i. ut introducant nos ad totam logicam, ſint inſtrumenta uel regulæ ad cognoſcendum naturas rerum. v. g. in cap. de genere ſunt regulæ ad cognoſcendum naturā genericam & ſic de cæteris, & ideo dicebat in ultimo (inquātum logice tractauerunt antiq;) tractamus iſta ſub modo conſiderādi logico, q modus conſiderādi eſt ut inſtrumētū cognoſcendi, tractat igitur iſta Porphirius ſub hoc modo conſiderādi. ſ. inquātū inſtrumēta notificādi naturas rerū, & ideo diximus nos, q; debeat exponi genus eſt quod p̄dicatur in quid, ideſt genus eſt res ſecundo intellecta, qd' eſt factū ab intellectu. i. fabrū ipſius intellectus 3. de aīa 8. Themiſtius, 4. methaph. 2. Auer ad cognoſcendū naturas rerū genericas. i. quæ inueniūtur in pluribus naturis ſpecificis, ſunt ergo iſta p̄dicata quinq; conſiderata ſub hoc modo, inquantum inſtrumenta ad cognoſcendum naturas rerum, non q; ipſa ſint prædicata in quid uel in qualia, ſunt enim & ipſa accidentia & paſſiones animæ

Quomodo igitur unum accidens de altero in quid prædicabitur? Non ergo genus eſt quod prædicatur in quid.i.hoc ſecundo intellectum quod a logico conſideratur, ſed natura illa generica quæ inuenitur in pluribus naturis ſpecificis.

Ad quid igitur rides bone uir? ſi diximus genus in quantum ſecundo intellectum non prædicari in quid, nonne tuam fateris ignorantiam uel enim neſcis hoc, uel ſimulas neſcire, utcunq; igitur tuam fateris ignorantiam

Vt igitur ad noſtrum deueniamus, dicimus q. modus conſiderãdi hæc ab ipſo Porphi. ſunt in quantum inſtrumenta introducentia nos ad cognoſcendum naturas rerum, & ſic differenti modo Porphirius & Ariſt. conſiderauit, Ariſto. enim ut prædicata propoſitionis topicæ, Porphirius uero ut inſtrumenta introducentia ad cognitionem, quales ſint naturæ rerum, quæ prædicantur, & iſto modo poſſunt inſeruire toti logicæ & poterit eſſe introductorium ad totam logicam.

DIfferũt in alio quoniam conſiderat iſta Porphirius includendo & tractando de omnibus modis prædicatorum, tam naturalium q̃ artificialium Ariſt. autem ſolum tradidit artificialia, Vt autem intelligatur illud, quod dicimus, dico, q. quoddam eſt prędicatum naturale, quoddã artificiale, Naturale eſt illud, quod dicit Auer. 1. poſt. 147. com. & eſt illud quod naturaliter ineſt alteri extra animam, & apud naturam, ſic etiam ſubiectũ naturale eſt illud quod apud naturam ſubicitur, alicui, exemplum, homo eſt paries, homo naturaliter ſubiicitur extra animam ipſi albedini, albedo autem non eſt ſubiectum hominis ſed ineſt ipſi homini. Et ideo in propoſitione eſt prædicatum non autem ſubiectum, & ideo Ariſtote. ſemper primo priorum denotando prædicatum, dicit, quod ineſt, ſubiectum cui ineſt, denotando q. prædicatum & ſubiectum propoſitionis in ſillogiſmo debent eſſe naturalia non autẽ in naturalia. Et ideo argumentatus eſt Auer. contra Galenum de quarta figura, q. non detur, hoc modo, quarta figura non habet terminos naturales, ergo non datur; talia igitur ſunt prædicata naturalia, quæ inſunt alicui, & hoc eſt illud quod dicebat Auer. in quæſito de conditionibus demonſtrationis, tria ſunt prædicata naturalia, accidens de ſubiecto, cauſa de cauſato, ſuperius de inferiori.

ARtificiale uero prædicatum, eſt illud qđ poteſt quæri ab arte, quod prædicatum non poteſt eſſe generabile & corruptibile, nec de re generabili & corruptibili. 7. metha. 31. ſicuti ſunt ſingularia ipſa, ſed debet eſſe quæſitum prædicatum de re uniuerſali, non generabili neq; corruptibili, & ſi de ſingulari, tamen ſub ratione uniuerſali, habemus ergo prædicatum quærendum ab arte non eſſe de re ſingulari, ſed de re uniuerſali.

Vnde inferimus ſpeciem non eſſe prædicatum artificiale, bene uero naturale, q. ſit naturale clarum, quia in eſt indiuiduis ergo ꝑdicatur naturaliter de eis, non autem artificialiter, quoniam ſpecies non poſſet quæri ut prædicatum, niſi de indiuiduis. Et ideo naturale, non autem artificiale prædicatum debet dici ſpecies.

Alia autem quatuor. ſ. genus differentia, proprium, & accidens, naturalia & artificialia naturalia quia inſunt rei de qua prædicãtur. artificialia, quia poſſunt quæri ab arte, & a ſubiecto uniuerſali.

VNde inferimus hanc aliam differentiam inter Porphirium & Ariſt. quoniã Ari. ſolum prædicata artificialia tradidit ideo nõ poſuit inter prædicata ipſam ſpeciem, cum ſpecies ſit potius ſubiectum artificiale, non autem prædicatum. Porphirius uero connumerauit inter prædicata, ergo prædicata, & naturalia & artificialia tradidit ipſe Porphirius, Et ſic ſoluitur illud quæſitum, Quare Ariſt. non connumerauit ſpeciem inter prædicata, Porphirius autem connumerauit, ſoluatur quia Porphirius connumerat & naturalia & artificialia, Ariſtoteles autem ſolum artificialia, inter quæ non inuenitur ſpecies.

SEd quæres quare tantum artificialia ipſe Ariſt. Porphirius uero utraq; Reſpondeamus, q. Porphirius conſiderat iſta in quantũ ſunt inſtrumenta ad cognoſcendum tales naturas ſicuti diximus, quæ naturę poſſunt eſſe in ſpeciebus, & in indiuiduis, ipſe autem Ari. ſolum artificialia, Nam illa quærit prædicata quę poſſunt cognoſci per ſillogiſmum, qui eſt inſtrumentum artis, & non naturæ, ſeruiens artifici, & non naturæ.

Tum etiam quoniam ut dictum, illa prædicata ſingularium non poſſunt quæri ab arte, Ariſtote. autem in libris topicorum intendit dare in libris topicorum inſtrumentum, per quod poterimus ſillogizare ad problema quæſita artium, & ideo docet tantum inſtrumentum & quæ ſunt quæſita artificialia non autem prædicata naturalia, quoniam illa non quæruntur omnia ab arte, ut dictum de ſpecie.

Et ideo dixit Ariſt. primo topicorũ cap. 3.quatuor eſſe tantum problematica prædicata non dixit quatuor eſſe prædicata, quia dixiſſet falſum, ſed dixit, quatuor eſſe problematica prædicata.i.ꝑdicata quæſita. quæ quæruntur ab arte. Si uero ſit indiuiduum prædicatum poſtea nos dicemus, pro nunc hæc dicta ſufficiant.

An liber Porphirii ſit pars logices.

EX dictis ſupra ſequitur librum iſtum partem eſſe logices, non autem neceſſarium Primam partem concluſionis probamus, ſumendo regulam primi poſt.27. 178.com.1. phiſicorum.17.illa neceſſario conſiderantur in arte.quæ continentur ſub modo conſiderandi illius artis, iſta ſunt huiuſmodi, ergo, Maior clara per regulam ſumptam, minor probatur, ſumendo unum ſæpius dictum ex Auer.probatum primo poſteriorum in prologo,modum conſiderandi ipſius logices eſſe ut inſtrumentum notificandi,iſta huiuſmodi (ut probatum ſupra) ergo pars logices,& neceſſaria conſideratio hæc in logica.

PRæterea habemus regulam Ariſt. primo poſt.20.21.& cap.de unitate ſciẽtiæ,quæ conſiderantur in arte neceſſario,quatuor sũt ſubiectum totale:ſpecies ſubiecti totalis,principia & paſſiones horum,cum ergo iſta ſint principia propoſitionis topicæ de qua neceſſario in logica,merito igitur in logica horum neceſſaria conſideratio. Præterea ſunt ſpecies prædicati in communi, de quo in libro priorum,ergo de iſtis,in libris magis particularibus.ſ.in libro poſteriorum, ut prædicata per ſe uel per accidens in libris topicorum ut prædicata in quid uel in quale.

QVod autem iſta conſideratio neceſſario ſit logica (probatum) Quod autem iſte liber Porphirii non ſit neceſſarius in logica uidendum:Quod erit altera pars concluſionis,probamus hoc authoritate & ratione. Primo autho.Auer. in ultimo expoſitionis Porphirii, Secundo authoritate ipſius met Porphirii qui dixit, uelle facere introductorium ad librum prædicamentorum Ariſto. qui liber per ipſum eſt primus in logica ergo iſte liber non eſt neceſſaria pars logices.

PRæterea,quod introducit ad aliquam facultatem,non eſt pars neceſſaria illius facultatis,ipſe met Porphirius dicit facere introductorium ad logicam,ergo non pars logices neceſſaria,ſed ad bene eſſe.

PRæterea,ſequeretur q. Ariſt.eſſet diminutus, omnia enim inuenit & compleuit ipſe Ariſto.nec poteſt addi nec diminui quicq̃ in dictis eius primo phiſicorum in ꝓlogo Au.

ARguimus ratione ipſius Auer.in ultimo expoſitionis Porphirii hoc modo, uel enim iſta conſiderantur ut prædicata demõſtrabilia.i.per ſe uel per accidens & ſic in libris poſteriorum, uel ut prædicata in quid uel in quale & ſic in libris topicorum, non ergo neceſſarius iſte liber Quam Rationem & Balduinus præceptor meus aſſignabat ſumens ex Auer.loco dicto.

NOs addamus Rationem demonſtratiuã, ſumendo ut dictum regulam ex primo poſt.20.21.& cap.de unitate ſcientiæ,quatuor eſſe conſiderata in arte neceſſario,ſubiectum, ſpecies ſubiecti, principia & paſſiones iſtorũ

SVmimus alterum primo priorum primo prædicatum & ſubiectum ſunt relatiua ad propoſitionem,referuntur ergo ad propoſitionem, uel ergo ad propoſitionem in communi,& ſic prædicatum & ſubiectum in communi in libro in quo de propoſitione in communi.ſ.in libro priorum, uel ut prædicata in qd uel in quale & ſic referuntur ad propoſitionem topicam primo topicorum.4.Et ſic in libro topicorum de talibus prædicatis problematicis,in quo de huiuſmodi propoſitione,uel ut prædicata per ſe uel per accidens,& ſic referuntur ad propoſitionem demonſtratiuam, & ſic neceſſario in libro poſteriorum de talibus prædicatis,per primum fundamẽtum,hoc modo tamen, nam ſi per ſe: partes ſunt propoſitionis,ſi per accidens nullo modo:& hoc modo tradidit hæc Ariſto.in logica,nihil penitus dimittens. non ergo neceſſarius iſte liber addamus,q. iſta prædicata ſint conſiderata ab ipſo Porphirio, ut prædicata in quid uel in qualia, & ſic conſiderantur ab Ariſt.primo topicorum.4.

QVod patet p regulã datã ſupra,ex.6.metha.1.ſicuti diffinit ita conſiderat artifex, Porphirius eodẽ modo diffinit ergo eodem mõ cõſidrat:nullus igr̃ alius modus reliqtur: ut cõſidrari poſſint hęc niſi ut Ar.cõſiderauit non ergo neceſſarius iſte libellus Porphirii.

PRæterea: neceſſarium eſt ſine quo non, ſed ſine libro Porphirii completa eſt ipſa logica,non igitur neceſſarius.

QVod uero tantum ſit utilis, non autem neceſſarius iſte liber,ſed de bonitate, declaramus authoritate, & ratione, Primo authoritate ipſius Auer.in ultimo expoſitionis Porphirii, Pro quo declarando ſumo unum ex primo poſt.32.com.1.poſt.101. quædam

ſunt quæ conſiderantur neceſſario, & quæ ſunt hæc, diximus ſæpius ſupra, quædam uero ſunt quæ conſiderantur ad bene eſſe, de bonitate, & ſunt illa, quæ faciunt meliori modo cognoſcere illa, quæ conſiderantur de neceſſitate in aliqua arte exemplum in logica non neceſſario conſideratur de uoce, nec de paſſionibus anime, & tamen Ariſto. pri perihe. cap. primo aliquo modo declarauit, ut faciat cognoſcere illud quod neceſſario erat conſiderandum in libro periher. ſ. nomen uerbum, & oratio ſic etiam in. 2. libro poſteriorum ut dicit Auer. cap. ultimo, illud capitulum non eſt pars neceſſaria libri poſteriorũ, nec conſiderationis logices, ſed de bonitate ut meliori modo poſſumus intelligere quomodo principia demonſtrationis ſint per ſe nota. Ita etiam ſi quæratur in logica aliquod quæſitum, utrũ logica ſit ſcientia uel ars, tunc declarare quid ſcientia, & quid ars in logica, & in illo quæſito, ſit de bonitate non autem de neceſſitate.

DIcimus igitur, q, illa eſt conſideratio de bonitate, quæ non eſt rerum neceſſario conſideratarum in arte. Sed conſideratio rerum quæ facilitant cognitionem rerum neceſſario conſideratarum in arte.

Ex his declaramus authoritatem Auer. in ultimo expoſitionis Porphirii, dicens, Porphirium iſta conſideraſſe ut faciat in arte lucrari omni modo lucri, per omnem modum lucri uocat Auerro. conſiderationem de bonitate artis, nam qui conſiderat neceſſaria artis, illa lucratur tantum neceſſaria in arte, qui uero conſiderat illa quæ facilitant ea, quæ ſunt neceſſaria facultatis, ille facit lucrari bonum omni modo, iſta enim conſiderat ipſe Porphirius, ad exclamendum & declarãdũ illa, quæ Ariſto. breuiter conſiderauit in libris topicorum, & ideo non ſolum declarat quæ neceſſaria, ſed etiam non neceſſaria, & illa quæ aliquo modo utilitatem afferunt, & ideo dicit facit lucrari omni modo boni quo poteſt fieri.

PRobamus ratione, per ſupra ſumpta, illa, quæ faciunt ad cognitionem & facilitant rem neceſſario conſideratam, non neceſſario conſideratur, iſta huiuſmodi (ut probatum) & ipſemet Porphirius dicit, neq; poteſt negare, cum omni modo quo poſſunt iſta conſiderari hæc in logica conſiderauit ipſe Ariſto. merito igitur de bonitate, non autem aliqua neceſſitate librum hunc compoſuit ipſe Porphirius.

SEd primo dubitatur, ſicuti & ipſe met Auer. dubitat in ultimo expoſitionis Porphirii, ſumens iſta prædicata ſunt prædicata communia, Tunc argumẽtor, per regulam. 1. phiſicorum. 4. communia neceſſario conſiderãtur ante minus uniuerſalia ſed iſta ſunt communia per ſumpta, ergo neceſſario debet præcedere eorum conſideratio, ergo neceſſaria conſideratio in logica.

SEcundo dubitatur, primo poſt. 2. & 25. præcognitio quid nominis eſt neceſſaria ante omnem doctrinam, ſed iſtæ ſunt præcognitiones, nominis ut dicit Auer. loco dicto, Quare neceſſario debent præcedere, ergo neceſſaria conſideratio.

AD primum Reſpondemus, ſumendo unũ ex ipſo Auer. 1. poſt. in prologo, ſillogiſmum topicum, & regulas logicales poſſe conſiderari duobus modis, uno modo in quãtũ docẽtur & cognoſcũtur, alio modo ut eis utimur. i. uſus eorum, ſic dicimus ſillogiſmũ topicũ inquantũ de eo dantur regulæ ad cognoſcendũ ipm̃, non eſt communis, ſed ptinet ad librũ proprium logices. ſ. in libro topicorũ, uſus uero eius eſt communis cũctis artibus, omnes enim artes topicæ poſſunt arguere, non autem omnes tradunt regulas ſillogiſmi topici. Sic dicimus nos, iſta poſſe conſiderari, uel inquantum cognoſcuntur, uel ut eis utimur, primo modo non ſunt communia, immo conſiderantur ut prædicata in quid uel in quale, quæ habent aliquid communius, quod eſt ipm̃ prædicatũ in communi de quo in libro priorum, bene eorũ uſus eſt communis. Ad rationem, ſunt communia ergo neceſſario &c. Negat Auer. in ultimo expoſitionis Porphi. datur enim communius in logica ut dictũ bene uero uſus eſt communis iſtorũ.

AD ſecundũ facilis eſt reſponſio per regulas Ariſt. ſupra dictas quid nominis neceſſaria præcognitio rei neceſſario conſideratæ, & ſic iſta præcognitio neceſſaria eſt in libris topicorum, non autem hic, Quam rationem ſupra declarauimus.

De Vtilitate huius libri.

DE utilitate uero aliquid dicamus, Quã præpoſuit ipſe Porphirius, dum dixit eſſe neceſſarium ad librum p̃dicamẽtorũ, ad diffinitionem, ad diuiſionem, ad demonſtrationem. Sed quæramus ad quid ſit utile, utilitatem ipſam in principio libri perſpicere, ad quod dicamus, q, quam maxime referat hoc, utilitas enim rei conſideratę præponitur, ut cognoſcentes quam maximam utilitatem, illi rei ſpeculandæ tota mente, totoq; animo deditinos incumbamus, neq; enim abſq; taliter

uenti

uenti rei addiſcendæ cupiditate,nos aliquid
perficere ualemus. Quod & mantuanus poe
ta pulcherrimis hanc uerbis ſententiá perſua
det,Dicens,pauci quos æquus amauit Iupi-
ter,aut ardens euexit ad æthera uirtus,ardẽs
igitur uirtus,aſſiduusq; labor omnia uincit.
Et quis tantum ſuſcipere laborem auderet ni
magnam præuiderit inde prouenientem uti
litatem.Eſt autem & ratio,q. utilitas debeat
præcognoſci in prohemio,nam duplex eſt fi
nis alicuius,rei Galenus de introdutione cap.
8.Ariſt.primo topicorum.2.proprius & con
iectatus q finis coniectatus eſt utilitas,ex quo
fine præcognito,omnia neceſſaria in arte eli-
guntur artificialiter.7.methaphiſi.23.3.æthi
corum.6 finis ergo & utilitas uel præcogno
ſcenda,uel præſupponenda tanq̃ manifeſta.

SEd primo uidendum,an illud quod dicat
Porphirius ſit uerum.ſ.q. iſte liber eſt uti
lis ad librum prædicamentorum , ego uero
quicquid dicant alii,uel paucam uel nullam
uideo utilitatem ex hoc,in libris prædicamẽ
torum Ariſto.immo potius uidemus oppoſi
tum tractatum de prædicamentis huic libro
inſeruire,non enim ſic de facili perſpicere poſ
ſemus quomodo genus prædicatur in quid
de ſpecie,& quomodo quædam in quale,niſi
hæc omnia in ipſis explicuerimus prædica-
mentis,& ſic fecit Ariſto.in libris topicorum
dicens uelle tradere cognitionem de prædica
mentis,ut appareat modus prædicandi iſto-
rum quinq;,ſic & ipſe met porphi. fecit cap.
de ſpecie,uolens declarare quid generaliſſi-
mum,quid ſpecialiſſimum,quid ſubalternũ:
& ſumpſit ad hoc declarandum prædicamẽ
tum ſubſtantiæ,dicens ſit autem hoc quod di
ctum manifeſtum in uno prædicamento qđ
dicitur ſubſtantia,prædicamentum ergo ſub
ſtantiæ facit ad horum cognitionẽ,potiusq̃
hæc ad prædicamenta.

PRæterea luce clarius apparet,uel parum,
uel nihil,librum hunc ipſi libro prædica
mentorum inſeruire,non enim in eo libro in
tendit Ariſto.inuenire genus generaliſſimum
neq; ſpeciem ſpecialiſſimam uel ſubalternam
ſed intendit facere cognoſcere res.ſ.quæ ſunt
illę res quæ ſunt ſubſtantiæ & dare ſigna ad
cognoſcendum ea.non igitur intendit ordi-
nem in prædicamentis ſicuti & quidam di-
cunt.ſ. quẽadmodum ordinantur ſecundum
ſub & ſupra ſic diſcurrendo in prædicamen
to qualitatis , clare patet nil aliud intendere
Ariſto.niſi declarare quæ ſunt illa,quæ ſunt
qualitates , & dare ſigna ad cognoſcendum
ea,ſic in quantitate,& ad aliquid, unde patet
quantum aberrant illi:cuius opinionis erat
præceptor meus Balduinus,dicunt enim li-
brum iſtum eſſe utilem,quoniam in libro p̃-
dicamentorum intendit Ariſto.dare ordinẽ,
quomodo iſta ordinantur ſecundum ſub &
ſupra qđ penitus uidetur, a ueritate remotũ

ILlud uero quod ſubdit Porphirius,q. iſte
liber ſit neceſſarius ,ad aſſignandam dif-
finitionem , eſt quid dubitabile . uidetur
enim & contra Auerro. & contra ueritatem
hoc dictum . Et uidetur in opinionem Al-
pharabii deſcendere Porphi. contra quem
arguit ipſe Auer. primo poſteriorum in pro-
logo,erat ratio Alpharabii,q. liber Porphirii
ſit neceſſarius hoc modo:a ſimili in cauſa ar-
guendo:ſicuti demonſtratio habet duas par-
tes.ſ.formalem & materialem:& de parte for
mali tractauit Ariſt.in libris priorum:& ideo
neceſſarius ille liber ; de parte autem materia
li:in libro poſteriorum:& ſic neceſſarius liber
poſteriorum:ſic etiam ipſa diffinitio duas ha
bet partes: formalem & materialem de parte
materiali:dicebat Alphara.tradidit in libro.2.
poſteriorum:tractatus de parte formali ipſius
diffinitionis non poterit eſſe in logica niſi li-
ber Porphirii.neceſſarius igitur liber Porphi
rii,propter diffinitionem,nullibi enim Ariſt.
de parte formali ipſius diffinitionis , merito
igitur neceſſarius iſte liber Porphirii. Si Por
phirius intelligat hoc modo neceſſarium eſ-
ſe librum ſuum aberrat clariſſime ſicuti &
Alpharabius. Primo Ariſt.eſſet diminutus
quod abſonum. Secundo negamus librum
eius poſſe eſſe de forma ipſius diffinitionis,
immo potius conſiderat partes,quę ſunt ma
teria ipſius diffinitionis,genus enim & diffe-
rentia ſunt partes materiales ipſius diffinitio
1.poſt.in prologo,& com.1.in principio epit-
logi. ſunt præcognitiones agẽtes cõceptionẽ,
forma uero diffinitionis non eſt aliud niſi ſi-
tus ordo partium,& figura,ſicuti forma ſillo
giſmi non eſt aliud niſi ſitus ordo præmiſſa
rũ & terminorũ,quoniá ergo de tali forma,
ordine & ſitu non tractauit Porphirius , non
ergo dicendum aliquo modo neceſſarium eſ
ſe librum iſtum propter hoc,quia tractat de
parte formali ipſius diffinitionis.

SEd quid dicendum ad rationem,cum nul
libi Ariſto.de forma diffinitionis ſicuti de
forma demonſtrationis,ergo forſan diminu
tus,Reſpondet Auer. primo poſteriorum in
prologo,pro Ariſto. ſumendo unum , artem
uerſari circa difficilia.1.methaph.1.non circa
facilia, nam quæ ſunt manifeſta deſpicit ars
primo poſterio.1.&.25. Sumit alterum

diffinitionem ipſam non habere ſimilem for
mam ſicuti & ipſa demonſtratio,quoniam ip
ſa demonſtrationis forma eſt uariabilis per
tot figuras per tot modos rectos,per tot indi
rectos & ad ſillogiſticos,quare difficilis cogni
tionis, & faciliter circa ipſam poſſimus inci-
dere in errorem,forma uero diffinitionis eſt
facilis.Cum eius forma ſit ordo iſtarum dua
rum partium.ſ.primo genus.2.differentia,q
ordo facilis eſt cognitionis,non enim tot in-
diget regulis,et ita longa indagatione,et ideo
non indiget diſtincto tractatu, qui ſit de for
ma diffinitionis qui ſit liber porphirii,meri-
to igitur quo ad hoc non neceſſarius iſte liber

Et hoc eſt illud quod dicebat Auer primo
poſteriorum in prologo (forma diffinitionis
non indiget diſtincto tractatu ſicuti forma
demonſtrationis non enim diſinitio habet ta
lem formam)& ideo Ariſto.ſolum innuit tã
tum hanc formam in . 2 . libro poſteriorum
ca. 19.dicens primo poni genus,2.differentia
quoniam iſta forma facilis eſt cognitionis,&
ideo paucis ſe abſoluit.

SEd poſſet dicere Porphirius & Alphara-
bius q, ſit neceſſarius iſte liber,ad cogno-
ſcendum materiam diffinitionis, non autem
formam , nam ut ipſi dicunt eſt neceſſarius
iſte liber ad aſſignandam diffinitionem,quę
conſtat ex genere & differentia,modo primo
poſteriorum.2.Themiſt.& ibi met Auer.& in
principio epitomatum logicaliũ(q̃uis aliquo
modo uideatur q; ſibi contradicat in textu
primo Auer.)tamen.6.topicorum . 4 . primo
methaphi.4.Auer.etiam doctrina diffinitiua
fit ex præexiſtenti cognitione partium.

PRo cuius argumenti reſponſione ſumimus
unum ex Auer.primo poſteriorum in pro
logo, & primo topicorum primo res logica
les duobus modis poſſumus conſiderare,uno
modo inquãtum cognoſcimus eas,quæ non
ſunt aliud niſi cognitio regularum, & condi-
tionum earum , ſecundo modo inquantum
eis utimur in aliis artibus & ſcientiis, exẽplũ
in libris poſteriorum de demonſtratione &
conditionibus demonſtrationis,in aliis uero
artibus utimur ipſa demonſtratione edocta
in logica & ſeruata in mente,ſic etiam erit de
diffinitione,poſſumus enim ipſam conſidera
re,in quantum de ea dantur regulæ ad ipſam
conſtituendam , uel inquantum utimur ea,
quando conſtituimus & facimus diffinitionẽ
& cognoſcimus naturam rerum. Vel poſſu-
mus alio modo dicere q, tradatur aliquid de
diffinitione,ſicuti tradit Ariſto.in ſecundo li
bro poſteriorum.ſ.inſtrumenta ad cognoſcẽ
dum diffinitionem,alio modo non poſſumus
imaginari librum hunc inſeruire ipſi diffini-
tioni.

QVod non ſeruiat primo modo liber iſte.
ſ.q, in hoc libro non dantur regulæ ad
cognoſcẽdum & conſtituendam diffinitionẽ
eſt clarum neq; conditiones eius, illud enim
intendit artifex docere , quod proponit in
prohemio docet in tractatu, epilogat in epi-
logo. Sed ipſe met porphirius proponit
in prohemio illa quinq; dicens , q, ſint utilia
ad diffinitionem,non autem proponit dicere
de diffinitione, neq; regulas uel conditiones
diffinitiones,ſic q, in tractatu non tractat,niſi
illa quinq; , non autem regulas uel conditio-
nes diffinitionis ut patet,illaq, in ultimo epi
logat dixiſſe quare nullo modo dat regulas
ad cognoſcendum & conſtituendum diffini
tionem.

NEq; alio modo eſt poſſibile.ſ.q, in ipſis
fiant diffinitiones, nam ſic & omnes ar-
tes & ſcientiæ ſeruiret diffinitioni,nam & dif
finimus inuentis artibus.

VEl poſſumus dicere q, alio modo libel
lus iſte ſit utilis ad conſtituendam diffi
nitionem,quoniam in hoc libro cognoſcun-
tur quæ ſunt genera,& quæ differentiæ,quæ
ſunt partes diffinitionis quæ debent præco-
gnoſci ante conſtitutionem diffinitionis pri-
mo poſteriorum.2.Auer.& Themiſtius.6.to
picorum.4.primo methaphiſices.41.ad ſimi
le argumentum reſpondet Auer.primo po-
ſteriorum in prologo contra Auicen.ſumens
in tota logica non fieri neq; demonſtratio-
nes neq; diffinitiones i.non numerãtur quæ
ſunt demonſtrationes & diffinitiones,ſed dã
tur regulæ ad cognoſcendum demonſtratio-
nes & diffinitiones primo poſteriorum.19.&
in principio epito.logicalium,ita q, & nos ſic
dicimus,in logica non intendit Ariſto.facere
numerare diffinitiones ſed intendit dare regu
las & conditiones quibus cognitis & ſeruatis
poſtea in mente.2.poſteriorum.27.com.poſ
ſimus cognoſcere artificialiter naturas rerũ,
ſicq; debet tradere regulas ad cognoſcendum
genus & differentiam quæ ſunt partes diffi-
nitionis, non autem poteſt logicus dicere &
cognoſcere quæ ſunt illa genera & differẽtiæ
quæ ſumuntur in cũctis diffinitionibus rerũ
in aliis artibus & ſcientiis cum logicus ut logi
cus non poſſit cognoſcere naturas rerum,be
ne autem inſtrumenta & conditiones inſtru-
mentorum Quare nec iſto modo dicimus
porphirii librum aliquo modo inſeruire ad
conſtituẽdam diffinitionem.

VEl alio modo poſſumus imaginari librũ Porphirii neceſſarium eſſe ad conſtituendam diffinitionem hoc modo, quoniam regulæ ad cognoſcendum & conſtituendum diffinitionem, non poſſunt cognoſci non cognitis iſtis regulis quibus cognoſcimus genus & differentiam. Sed hanc imaginationem facillime improbamus, ſumendo alteram ſimilem reſponſionem, quã dedit Auer. in prologo poſteriorum, ad Auicennã de libro topicorum, dicens q. quãuis argumenta topica, debent præcedere demonſtratiua, quando quæſitum eſt difficile pri. topicorum 2. Nam topicus arguendo ad utranq; partem facilitat illam materiam ut facilius poſſit aliquis diſcernere ueritatẽ per demonſtrationem, tamen regulæ poſtea ſillogiſmi topici nil faciunt ad regulas ſillogiſmi demonſtratiui, unde earum cognitio nil facit ſi præcedat uel non ſic, & nos dicimus q. quãuis antequam diffiniamus aliquid bene oportet præcognoſcere genus & differentiã & poſtea diffinire, tamen regularum cognitio non coadiuuat inuicem, quare nec unum alteri neceſſario præponendũ tanquã utile.

VEl poſſumus imaginari alio modo q. ſeruiat liber Porphirii ad conſtituendã diffinitionem hoc modo (ſicuti uidentur & ipſi dicere) quoniam quando uolumus conſtituere diffinitionem in ipſa ponimus genus & differentiam, in hoc autem libro dantur regulæ ad conſtituendum genus & differentiam. Quæ utilitas eſt maxime apparens tamen certe non exiſtens. Et primo ſumo unum genus & alia quæ conſiderat, Porphirius conſiderat ut prædicata ſunt, probatur, per regulam ex 6. methaphiſices 2. ſicuti diffinit ita conſiderat artifex, ſed iſta diffinit ut p̃dicata in quid uel in q̃le, igitur ita conſiderat & patet hoc nã eodẽ modo diffinit ſicut & ipſe Ariſto. in topicis, ſed Ariſto. conſiderat ut prædicata, ergo & ipſe, probatur minor, nam dicit ibi Ariſto. quatuor ſunt problematica prædicata, genus, differentia &c. Et clarum eſt hoc etiam ex dictis ſupra.

SVmimus alterum 1. poſteriorum 2. partes diffinitionis non uocari neq; ſubiectũ neq; prædicatum, partes enim diffinitionis non prædicantur inter ſe. Et eſt ratio, quoniam ſubiectum uel prædicatum ſunt relatiua ad propoſitionem primo priorum primo per diffinitionem eorum, modo primo perihermenias. cap. 4. pri. poſteriorum 14. com. 2. poſteriorum 2. diffinitio non dicit eſſe nec non eſſe, merito igitur non poterit eſſe propoſitio, ergo nec habet ſubiectũ neq; prædicatum, Merito igitur partes diffinitionis non poſſunt dici neq; ſubiectũ neq; prædicatum. Sed ſi addamus nos illud quod declarauimus ſupra & eſt uerum. ſ. q. Ariſt. pri. topicorũ. & Porphirius hic conſiderauit hæc ut ſubiecta uel p̃dicata ſunt, per diffinitiones eorum, Merito igitur ut conſiderauit iſta Porphirius, non poſſunt dici partes diffinitionis, unde ſequitur q. regulæ iſtę ad cognoſcendũ talia p̃dicata non faciunt ad cognoſcẽdũ partes diffinitionis, bene uero ad cognoſcendũ partes ꝓpoſitionis topicæ, uel problematis, ſignum q. Ariſt. ſic conſiderauit in libris topicorum.

VNum tamẽ aduertimus, in quo uidẽtur omnes decipi fallacia enim per accidẽs facit decipere ſcientes & neſcientes & dicimus, q. iſta quinq; poſſint eſſe partes propoſitionis & diffinitionis & problematis, atque concluſionis 2. poſt. pri. Sed diuerſo modo conſiderandi differunt, nam ut predicata in quid uel in quale ſic conſiderat Porphirius & Ariſt. in Topicis, & ſic ſunt partes propoſitionis Topices de qua in libro Topicorum, ergo de ipſis hoc modo in eo libro, ſi ut p̃dicata per ſe uel per accidens, & ut partes ꝓpoſitionis demonſtratiuæ, ſic in libris poſteriorũ, in eodẽ enim libro de toto & parte, ſi uero iſta ſint partes diffinitionis, ſic quis ſint idẽ ſubiecto cũ ipſo gñe & ipſa differẽtia, tamẽ differunt, quoniã ut partes diffinitionis non poſſunt nec conſiderari ut p̃dicata, ſed partes, quæ partes 7. methap. 35. pri. eſt pars formæ cõmunis, quod idẽ ſubiecto cũ ipſo genere, & natura generica, altera uero pars eſt ꝓpria quæ idẽ ſubiecto cũ differẽtia, Differẽtia enim eſt quæ dat eſſe rei, & illa met eſt quæ facit differre ab aliis, diffinitio enim eſt forma ibi met & 40. com. ergo partes diffinitionis partes formæ & eſſentię quæ idẽ ſubiecto cũ gñe & differẽtia, ut diximus in quodã noſtro quæſito de hac re clarius. Sic etiã & ipſa diffinitio poteſt conſiderari pri. poſt. 14. com. uel ut pars ꝓpoſitionis, & ſic dicitur p̃dicatũ, ſi pars ꝓpoſitionis demonſtratiuæ, erit p̃dicatũ p ſe in primo modo dicẽdi p ſe 1. poſt. 3. ſi pars ꝓpoſitionis topicæ, erit p̃dicatũ in q d pri. topi. 6. conuertibile; inquantũ uero diffinitio, ſic eſt inſtrumẽtũ indicãs eſſentiã rei & ſic non dicitur neq; p̃dicatũ neq; ſubiectũ, q a eſt ſimplex cõceptus rei 3. de aĩa 21. non dicẽs eſſe, neq; non eſſe pri. periher. cap. 4. pri. poſt. 14 & 2. poſt. 2. ſed eſt ſolum eſſentia & ſolũ indicãs eſſentiã rei pri. topi. 4.

v.g. iſtæ duæ partes.ſ.aĩal rationale diſtincte ſignificat eſſentiam rei.quam confuſe ſignificat hoc nomẽ homo & tunc neq; ſubiectum neq; prædicatum, & tunc partes neq; ſubiectum neq; prædicatum. Quoniam igitur Porphirius docet hæc inquantum prædicata,& hoc modo non poſſunt eſſe partes diffinitionis. Merito igitur Porphirius non dat regulas ad cognoſcendum partes diffinitionis ut diffinitionis.

REſtat forſitã ut alio modo ſit utilis iſte liber.ſ.ut in ipſo dentur inſtrumenta diffinitionis ideſt inſtrumenta per quæ probamus partes diffinitionis ineſſe ipſi diffinito q. & ſi hoc modo intelligatur clariſſime aberrant, de hoc enim Ariſt.in 2.libro poſt. peregit. quod dicebat Ariſto. 2.poſteriorum cap.2.(quid modus introductionis & quomodo moſtretur ipſum quod quid eſt,nunc dicamus)de inſtrumentis igitur ad acquirendam & uenandam diffinitionẽ in 2.libro poſteriorum. Non autem liber Porphirii.

ILlud uero quod addidit Porphirius q. ſit etiam utilis ad demonſtrationem, multam nobis fecit admirationem.non enim de forma demonſtrationis in illo libro.neq; de materia demonſtrationis niſi per accidẽs,& ideo fallit nos ſophiſtice fallacia per accidens ipſe Porphirius. Pro quo declarando ſumimus unum ex pri.elencorum cap. de fallacia per accidens, quando ſunt aliqua quæ ſunt idem ſubiecto,quod conuenit uni tribuimus alteri,fallimur fallacia per accidens,ſumimus alterum quod declaratum ſupra. Nam diximus librum Porphirii ſi erat utilis ipſi demonſtrationi non niſi hoc modo,quoniam iſta.ſ.genus & differentia ſunt prædicata in primo modo dicendi per ſe,quæ differentia eſt medium in demonſtratione ſimpliciter,cũ ſit idem cum cauſa,qua poſita ponitur remota remouetur effectus,etiam ſecũdus modus ingreditur demonſtrationẽ,quod eſt accidẽs eſſentiale, quod idem cum proprio quarto modo ſumpto,& eſt illud quod concluditur per demonſtrationem. Prædicatum ergo concluſionis & proprium idem eſt,idem dico ſubiecto,ſimiliter differẽtia propria & cauſa propria,tamen differunt ratione,inquãtũ enim medium non dicitur differentia, ſed ſub alteram rationem.ſ. cauſæ, ſcire enim eſt per cauſam propriam per quam res eſt.pri. poſt.cap.5.qua poſita primo ponitur remota primo remouetur res,pri.poſt.44.cum ergo dicat Porphirius,q. cognitio differentiæ facit ad demonſtrationem,quia facit cognoſcere medium demonſtrationis fallit nos ſophiſtice. Medium enim ut medium non differentia ſed cauſa dicitur.

SImiliter quæſitũ uel prædicatum concluſionis non dicitur propriũ.in quantũ concluditur ſed prædicatũ per ſe & eſſentiale in ſecundo modo dicẽdi per ſe,quare ſunt idem ſubiecto differunt ratione, Porphirius. ergo dicens q. prædicatum quod concluditur per demonſtrationem eſt proprium quarto modo ſumptũ clariſſime fallit nos ſophiſtice.

ILlud uero quod ſubdit Porphirius.q. utilis ſit iſte liber etiam ad diuiſionẽ,eiſdem met rationibus,quibus ad diffinitionis utilitatẽ oſtendendã argumentati ſumus ſuã ſententiã improbare non erit difficile & primo non de materia diuiſionis,neq; de forma,q. non de forma clarũ,q. non de materia.pbabimus. Non.n.res quæ diuiduntur; uel in quæ,uel per quæ diuiduntur liber iſte tractat neq; dantur regulæ ad cognoſcendũ illa.niſi per accidens res.n.iſtæ ſunt conſideratæ (ut pbatũ in quãtũ ſubiecta & pdicata,quod ſubiectũ & pdicatũ reſpicit propoſitionẽ & ut pars ppoſitionis.pri.pricy pri.res autẽ diuidẽda,& in quæ diuiditur non põt dici neq; pdicatũ neq; ſubiectũ per ſe,ſed in quantũ res uniuerſalis,quod ineſt pluribus & diuiditur in plura,fallimur enim fallacia p accidẽs,quãuis in rei ueritate aliquando Ariſt. ipſe confundat hos terminos,ſed hæc ſufficiant.

De Ordine.

DE ordine uero huius libri,& nos aliqd dicere non erit inutile. Primo tamen, ad quid utile ſit, ordinẽ præcognoſcere, ſoter pertractandũ,tamẽ cũ alibi longius,dimittamus igitur. Nec non & aliorũ recitandæ forent opiniones prius,tamẽ & hec breuitatis cauſa nos omittimus.eſt.n.opinio Bohetii, & Alberti in libro porphirii, Simplicii in prædicamẽtis:Alpharabii, pri. poſteriorum in ,plogo,& in ultimo expoſitionis Porphirii, qui omnes primũ iudicant librũ. Præceptor uero meus Balduinus non primũ tenebat.Nos autẽ(omiſſis aliorum opinionibus) duas concluſiones reſponſiuas ponimus ad quæſitũ. Primo,iſta quinq; & neceſſario conſiderata ueniunt in logica,non in hoc primo loco ponẽda cenſemus,alterã autẽ ponimus, ſi uero de bonitate loquamur,tunc primum librum ſtatuendum eſſe,tenemus.

PRo declaranda prima concluſione ſumimus unũ,ex primo priorũ pri. pdicatũ & propoſi

propoſitionem eſſe relatiua, unum refertur ad aliud per diffinitionem termini, non eſt ergo ſubiectum & prædicatum extra propoſitionem. Noto aliud, ſicuti totum ad totum, ita pars ad partem, ſicuti igitur propoſitio ad propoſitionem, ita terminus ad terminum, prædicatum ad prædicatum. Noto alterum de ſillogiſmo in communi & ideo de propoſitione, & ideo de termino in communi Ariſto. tractauit in libro priorum de ſpeciebus uero ſillogiſmi in aliis libris pri. priorum 1. & ideo de propoſitionibus talium ſpecierum ſillogiſmorum, & etiam de terminis talium propoſitionum neceſſario in aliis libris in quibus de eius toto, & ideo de Sillogiſmo topico; propoſitione & terminis topicis, in libris topicorum, de ſillogiſmo, propoſitione & terminis demonſtrationis, in libro poſteriorum & eſt ratio ex pri. poſteriorum 10.25. cap. de unitate ſcientiæ, una ars conſiderat ſubiectum totale principia & paſſiones eius, ergo pars ſcientiæ, & unius liber illius ſcientiæ, debet conſiderare ſpecies & partes illius ſubiecti, principia & paſſiones eius. Merito igitur in particularibus libris, de particularibus ſubiectis. de q. eorum principiis & paſſionibus, ſi ergo de ſillogiſmo topico; & demonſtratiuo in libro topicorum, & poſteriorum, ergo & in illomet libro de propoſitionibus quæ ſunt principia ſillogiſmi, & terminis. ſ. ſubiecto & prædicato. qui ſunt principia propoſitionis.

NOto alterum ipſam propoſitionem poſſe conſiderari pluribus modis 2. poſteriorum primo uel ut enunciatio, uel ut propoſitio: uel ut concluſio, quæ ſunt idem ſubiecto, differunt tamen ratione, inquantum enunciat enim uerum uel falſum extra ſillogiſmum, ſic uocatur enunciatio, primo perihermenias cap. 4. in quantum uero pars ſillogiſmi per quam manifeſtamus alterum, ſcilicet concluſionem, ſic uocatur præmiſſa uel propoſitio primo poſteriorum 13. 2. poſteriorum primo Auer. In quantum uero concluditur per ipſas præmiſſas, ſic uocatur concluſio. Noto tamen q. iſta concluſio antequam ſit concluſa, ſic uocatur quæſitum, & eſt ante quam cognoſcatur per ſillogiſmum & dum quæritur 2. poſteriorum 1.

EX quibus infero per primum fundamentum, iſta quinque prædicabilia cum neceſſario in logica conſiderata ueniant inquantum prædicabilia & prædicata, Neceſſario igitur habent reſpectum ad propoſitionem, Non autem ad enunciationem, non ergo de his in libro de enunciatione, cum per alterũ ſumptum in eodem libro de parte & toto, partes enunciationis ſunt nomen & uerbum per diffinitionẽ eius, quare in libro periher. non poſſunt iſta conſiderari, bene ibi de nomine & uerbo quæ ſunt partes enunciationis, habemus igitur illa quinque prædicata in eo libro in quo de propoſitione agitur, neceſſario artificialiter tradẽda eſſe.

NOto iterum alterum, Propoſitionem poſſe conſiderari inquãtũ ꝓpoſitio eſt. Et ut genus ad alias ſpecies propoſitionis, Alio modo, ſunt ſpecies propoſitionis primo Priorum primo Topicorum primo. ſ. propoſitio Topica, demoſtratiua &c. de propoſitione ſimpliciter in communi in libro priorum ibi enim de ſillogiſmo in communi quod genus aliarum ſpecierum, primo priorum cap. 1. Ergo de propoſitione & termino ſimpliciter in libro Priorum neceſſario, per regulam ſupra ſumptam: De ſpeciebus uero propoſitionum, in libris de ſpeciebus ſillogiſmorum, ſcilicet in libro poſteriorum, & Topicorum, per regulam ſupra ſumptam, cum ergo iſta quinque ſint conſiderata ut prædicata, neceſſario igitur ut habent reſpectum ad propoſitionem, & ut eius partes, uel ergo ꝓpoſitionis in communi, quod non, Nam hoc modo ſunt ſubiectum & prædicatum in communi, uel ad propoſitionẽ, demoſtratiuam, quod non, nam talia dicuntur prædicata per ſe uel per accidens, de quibus in libro poſteriorum, Nullo igitur modo reſtat, niſi ut proportionentur propoſitioni Topicæ, non enim ſophiſticæ, quia clarum: Hæc enim quatuor ſunt prædicata ꝓblematica, & propoſitionis Topice primo Topicorum 3. Cum ergo hæc ſint per ſe partes & principia propoſitionis Topicæ, Neceſſario igitur in ea parte uel libro in quo de propoſitione topica per regulam ſupra ſumptam, artificialiter igitur hæc non in primo loco & libro logices locanda ueniunt, ſed neceſſario in quarto loco, ubi de ſillogiſmo, & ideo de propoſitione, & ideo de terminis topicis tractatur, Et hoc eſt illud quod dicebat Auer. in ultimo expoſitionis Porphirii, Si iſta quinque conſiderantur, uel ut demoſtrabilia & ut ſunt partes propoſitionis demoſtratiuæ in libro poſteriorum, ſi uero problematica prædicata, & partes propoſitionis topicæ, in libris topicorum, non ergo neceſſarius & primus liber iſte in logica.

SEcundam concluſionẽ, Probamus unica tantum ratione, & ſumimus unum in-

quantum conſiderantur a, Porphirio conſiderantur ut ſunt quædā communia, quæ in communi uſu ueniunt in tota logica, & introducunt fere ad totam logicam, tunc argumentor, quod introducit ad totam aliquam artem, debet præcedere totam illam artem, ſed per ſumptum liber Porphirii introducit ad totam fere logicam, ergo debet præcedere totam logicam.

SEd contingit dubitare cum Alpharabio pri. poſteriorum in prologo & in ultimo expoſitionis Porphirii, Auer. ſumendo unū ex primo phiſicorum 4. communia debent præcedere neceſſario, iſta ſunt communia toti logicæ, ergo neceſſario præcedere debent non autem de bonitate tantum. Maior nota minor probatur nam uſus iſtorum eſt communis, cū uerſentur ī tota logica eorū noīa.

SEcundo dubitatur, ex. 1. poſteriorum pri. omnis doctrina fit ex præexiſtenti cognitione, ſi uero iſte liber Porphirii eſt præexiſtens cognitio, p quam habemus cognitionē rerū logicaliū, Merito igitur pcedere debet, non ſolū de bonitate, ſed etiā de neceſſitate.

FAcilis ad primum eſt reſponſio ſicuti ſupra reſponſum fuit, quoniā aliud eſt uſus & aliud eſt cognitio iſtarum rerum, bene uſus eſt communis, non autem cognitio. Exēplum uſus ſillogiſmi topici eſt communis, cognitio tamen eius in libro topicorum, & ſic in aliqua parte propria & determinata logices, ſic & iſta habent uſum communem, cognitio autē iſtorum neceſſario in libris topicorum determinate, non autem communis.

AD aliud iam reſponſum fuit, præcognitio eſt neceſſaria, rerum neceſſario conſideratarum, & ideo ſi neceſſaria præcognitio iſtorum, potius in libro topicorum, non autē ante totam logicam niſi ad bene eſſe &c.

De uia doctrinæ.

DE uia uero doctrinæ plures ſolent fieri quæſtiones, an diffinitiones an deſcriptiones iſtæ datæ a, Porphirio, quas adducere paruipendimus propter eorum imperitiam, tum quoniam rectum eſt iudex ſui & obliqui, ex ueritate igitur apparebunt aliorū inanes quæſtiones. Nos igitur contra omnes pter Auer. hanc ponimus concluſionem. Neq; deſcriptiones, neq; diffinitiones iſtas eſſe, ſed diffinitiones quid nominis tantum.

VT aūt declaretur iſta concluſio oportet pri. qdā pcognoſcere, diffinitionē duplicē, qd noīs et qd rei 1. poſt. 2. Auer. Them. 2. poſt. 9. Ariſt. cap. 7. diffinitio qd rei pri. topicoꝝ eſt illa quæ indicat ſubam, & eſſentiā, rei p eſſentialia, ſicuti ſunt genus & differentia 2. poſt. 19. uel pprīū pri. poſt. 31. qn̄ differētia eſt ignota, ideſt natura eius generica & uniuerſalis & differētia quæ ppria eius eſſentia, quæ partes iunctim faciūt cognoſcere totā eſſentiā rei, ultra quod nihil eſt de re, & ideo uocatur terminus pri. topicorum. 4.

NOto ultra oīs doctrina etiā diffinitiua (pri. poſt. 2. Them. & Auer. 1. metha. 48. 6. topicoꝝ 4. (quāuis negare uidetur Auer. Them. 1.) pcedit ex partibus prius notis neceſſario, aliter.n. non faceret doctrinā diffiniuā, & eſt ratio, qm̄ ſi partes non intelligātur, Neq; totū, incognitis ergo partibus ergo & totū, ergo tota illa diffinitio ignota nunquā poterit indicare eſſentiā diffiniti, cū oīs doctrina fiat ex pexiſtēti cognitione, quę ſit cauſa agēs pri. poſt. pri. quæ reducat ignorātiā & qſitū de potētia notū, ad actu notū, agēs enī quod reducit aliquid de potētia ad actū, oportet ut ſit in actu, ſi ergo pmiſſæ & partes diffinitionis ſunt cauſæ agētes notitiā concluſionis & reducūt ipſam de potētia ad actū, ergo oportet q, ſint in actu prius cognitæ & præmiſſæ & partes diffinitionis.

DIffinitio uero qd noīs 1. poſt. 37. poteſt fieri pluribus modis, quæ non erit niſi declaratio quid ſignificat illud nomē rīn, nō aūt indicat eſſentiā. et fit p nomē declarādo aliud nomē uel nomē p orationē uel orationē p orationē, uel orationē p nomē, dūmodo declaratio ſit clarior, & æquiualeāt in ſignificato, & poteſt eſſe entis, & non entis 2. poſt. 7. diffinitio aūt quid rei ſolūmodo entis, non aūt non entis & eſt ratio, qm̄ diffinitio quid rei indicat ſubſtātiā, non ens aūt non hēt ſubſtātiā, bene pōt hēre nomē ut chimera, & ideo de chimera poteſt eſſe diffinitio quid nominis, non autem quid rei.

NOto ultra ex Auer. 1. poſt. 2. 2. poſt. 35. aliquādo diffinitiones ipſæ etiā p uerū genus & uerā differētiā, eſſe diffinitionē quid noīs & non econtra, pbatur ratione & authoritate Auer. locis dictis priusq; ratione ibi, mer. tūc aliqua diffinitio quid rei qn̄ indicat eſſentiā rei, quid eſt res pri. topicorū 4. p diffinitionē diffinitionis, ſi igitur non indicat eſſentiā rei, nō eſt diffinitio quid rei, ſed aliquādo non indicat eſſentiā rei ergo non quid rei diffinitio. Maior nota minor pbatur p ipm̄, met Auer. primo poſteriorum 2. tunc indicat ſubſtantiam diffinitio, quando tota eſt perfecte cognita, quando uero non, nec perfectam

fectam diffinitiuam poteſt facere doctrinam, per ſumptum ſupra, addamus minorem, ſed aliquando tota diffinitio non eſt perfecte cognita. ergo aliquam non dat doctrinam & eſſentiam perfectã ipſius diffiniti. Maior ſumpta & probata, minor probatur: Non ſolum deſtructis oībus partibus. ſed & ſi una deſtructa fuerit, & totum, Et eſt ratio, quoniam primo Phiſicorum 17. Totum non eſt aliud niſi omnes partes ſimul ſumptæ, ſed aliquando partes diffinitionis ſunt ignotæ, ut clare patet, & declarabimus, Ergo aliquando tota diffinitio eſt ignota, Ergo tunc non poteſt facere doctrinam diffinitiuam, Ergo tūc non indicabit eſſentiam rei, Ergo non diffinitio a primo ad ultimum.

SEd reſtat illud probandum, quomodo partes diffinitionis aliquando ſunt ignotæ, hoc declarat Auer. primo Poſteriorum ſecundo, quãdo ſumus incohantes artem aliquam, tunc illæ partes diffinitionis rei quæ diffinitur in arte non perfecte intelligitur, Ver. gra. Si nos ſimus in principio artis philoſophiæ, & præceptor nobis enunciet hãc diffinitionẽ naturæ, ſcilicet principium motum & quietis; tunc neſcimus quid ſit principium quid motus, quidue quies perfecte, niſi cognitione confuſa. ergo illæ partes facient cognitionẽ confuſam nobis tunc, non autem diſtinctam, Non ergo diffinitio quid rei, quoniam ipſi diuidit in ſingula, primo Phiſicorum quinto. i. faciat cognitionem diſtinctam rei non autem confuſam, Sicuti diffinitio quid nominis.

SEd quæras, quomodo ſequitur. tūc non eſt diffinitio quid rei, Ergo quid nominis, Reſpondeamus ualere hanc conſequentiam per ſumptũ ex Ariſt. 2. poſteriorum 7. Duplex eſt diffinitio quid rei, & quid nominis. hæc huiuſmodi non eſt quid rei, ergo quid nominis neceſſario, Præterea primo Phiſicorum quinto illa notitia, quam facit habere nomen, eſt notitia rei confuſa. ſed ꝓbatum, quando partes diffinitionis non perfecte ſunt intellectæ non diſtinctam ſed confuſam faciunt rei notitiã, ergo non quid rei, ſed quid nominis tunc diffinitio.

VNde ſileant quidam ignorantiſſimi modernorũ, qui quodã neſcio quid, hoc dictum derident. ſ. aliquando diffinitionem per uerum genus & ueram differentiam, eſſe diffinitionem quid nominis non autem quid rei, ad quid ergo rides oſtendens te aliis hæc a, te ſperni tanquam puerilia dicta, non ne cum Auer. Ariſt. atq; ratione probatum, Miſereor tamen eius naturæ, Magis autem eorum, qui ab huiuſmodi hominibus decipi patiuntur, cum deceptores ſint potius bonorum ingeniorum, quam præceptores, magiſq; uideri quam eſſe ſapientes deſiderant, unde pecuniæ aucupatores uocat Ariſt. 1. elencorum 2. Sed ad rem. q. uero non omnis diffinitio quid nominis, ſit quid rei clare patet. pro nunc tantum oſtendam hac ratione, 1. Priorum ca. proprio, diffinitio quid nominis erit per unum nomen quod nullo modo poterit eſſe quid rei, Præterea eſt entis & non entis 2. Poſteriorum 7. non autem huiuſmodi quid rei, ut probatum ſupra.

EX quibus reſpondeamus ad quæſitum principale, cum Auer. in ultimo expoſitionis Porphirii, diffinitiones iſtas non poſſe eſſe quid rei, Sed declarationes quid nominis, probatur per ſupra ſumpta, ſumẽdo unũ quod etiam ſupra probatum ex ipſo Porphi. librum iſtum eſſe introductorium. in introductorio autem non ſunt diffinitiones quid rei, ſed ſemper quid nominis, cum ſimus tunc in principio uel ante artem, ubi non perfecte intelliguntur partes, tum etiam quoniam tunc ſcholares ſunt incohantes artem, non poſſunt intelligere res artis neq; partes illarum diffinitionum v. g. ad propoſitum noſtrum. Genus eſt prædicatũ in quid, quid ſit prædicari, quid in quid quid in quale incohantes logicam nullo modo poſſunt perfecte intelligere. quid prædicatum. n. in communi in libro Priorũ &c. Ideo ſunt diffinitiones illæ quid nominis quamuis ꝑ uerũ genus & ueram differentiam, tum ẽt, qm̃ ut ipſe met Porphi. iſta ſunt introductoria quædam, ſunt præcognitiones dirigentes ad res logicales, non autem faciunt cognitionem diſtinctam rerũ logicaliũ, non ergo diffinitiones quid rei, per ſumpta ſupra quando uero poſtea iſta tractantur & diffiniuntur in libro topicorum quamuis per eadem genera & differentias, tamen quoniam ibi eſt ſuus ꝓprius tractatus, ideo ibi non quid nominis ſunt ſed quid rei, & perfecte diffinitiones, Sicuti logicales eſſe pñt. ꝓp contrariã cauſam, quoniã ibi perfecte intelliguntur, cũ non in principio artis ſimus tunc, neq; ibi ſit declaratio ad introducendum ad logicam, Sed ibi proprius ſit eorũ tractatus, ubi diſtinctus eorũ habetur cognitio diffinitiones ergo quid rei non autem quid nominis, Concludimus ergo, q. ad declarandum hæc Porphirius. Accipit inſtrumentũ, qđ diffinitio quid nominis, quod erat quid rei, in libro Topicorũ.

AD probandum autem partes diffinitionis uel alia in hoc libro utitur porphirius, non demonſtratione, ſed exemplo inductione, uel alia manerie diſciplinæ, propter duas rationes. primo, quoniã ipſe met concedit uelle facere introductorium incohantibus, modo 2. methaph. 15. non omnibus idẽ placet inſtrumentum, ſed ingenioſis atque prouectis ratio demonſtratiua per cauſam, Rudibus autem uel incoantibus, uel malæ naturæ, uel malæ aſſuetis, debemus ipſis ſatisfacere, declarando res artis per exempla, uel alio clariori modo quo poſſumus, merito igitur ipſe porphirius, talibus utitur inſtrumentis non autem demonſtratione, ſicuti ad pauca reſpicientes alii dicunt, Eſt alia ratio ex 2. methaphiſices 14. pri. æthicorum 2. talem enim dat regulam ibi Ariſto. qualis eſt materia tale debet eſſe inſtrumentum in rebus difficilibus debemus uti demõſtratione 2. poſteriorum 1. primo æthicorũ loco, dicto 1. cœli ſecundo, in rebus uero facilibus aliqua manerie diſciplinæ locis dictis, quæ inſtrumenta ſunt inducio, enthimema, exemplum, uel aliquis alius facilis modus arguendi quæ maneries dicitur primo phiſicorum in prologo Auer.

QVibus omnibus ꝑ maiori addamus minorem ipſius Auer. in ultimo expoſitionis porphirii, iſta ſunt ꝑ ſe intelligibilia, non ergo ad ea declarandum debet uti porphirius demonſtratione, unde ſileant ſine arte loquentes, & ad pauca reſpicientes cum dicant in libro Porphirii aliquid demõſtrari, quod abſonum atque nefandum in arte.

De Diuiſione.

QVid ſit diuiſio alias diximus, & quomodo fiat. ſ. q. ars uel liber diuiditur ad diuiſionem rei conſideratæ, nam ſi ſciẽtia et liber eſt unus per unitatem ſubiecti, ergo & diuiditur ad eius diuiſionem, Primo igitur diuiditur in duas partes iſte liber in ꝓhemium & tractatum, prohemiũ eſt primum cap. tractatus diuiditur ad diuiſioné ſubiecti, & cũ quinq; ſint res conſideratæ, merito & in quinq; partes diuiditur iſte liber, Reliqua autẽ pars eſt quaſi de accidentibus horum.

PRoportio uero clariſſima eſt huius libri per ipſum met porphirium, cum dicat hunc librum eſſe introductorium ad totam logicam, habet igitur hanc proportionem ſerui. ſ. ad dominum, & eius quod eſt ante finem ad ipſum finem.

DE nomine uero libri & Authoris non eſt noſtrum, ſed magis aliorum, Hoc unum ſoluam, quod poſſet aliquis dicere, ꝓcognitio nominis primo poſteriorum ſecundo, Ariſto. Auer. & Themiſt. eſt principium omnis agnitionis, ergo nomen libri & Authoris ante omnia præcognoſcenda, Ad qđ ex regulis ſupra ſumptis facile eſt nobis reſpondere, quid nominis rei addiſcẽdæ uel ſubiecti eſt neceſſario & ante omnia præcognitio, non autem authoris uel libri: Et ſic uerificatur ille textus omnis doctrina, ſit ex præexiſtenti cognitione eſſe & quid nominis ſubiecti & rei addiſcendæ, non autem authoris uel libri.

De Indiuiduo.

SEd quoniam plura diximus de uniuerſali, & de ſingulari aliquid dicere non erit inutile dico de ſingulari, quod eſt uere indiuiduum de quo meminit Porphirius cap. de genere & de ſpecie, Dicimus ergo ex ante prædicamentis cap. 2. quod duplex ſit indiuiduum ſubſtantiæ & accidentis, quod diffiniebat Porphirius, quod prædicatur de uno ſolo, cap. de genere, in ante prædicamentis quod non prædicatur de alio ſuo inferiori in primo periher. cap. 5. quod non prædicatur de pluribus, Sed dicamus quid ſit hoc indiuiduum apud naturam, & dicimus ex Ariſt. 1. cœli 92. 9 c. 7. methaph. 3 5. q. ẽ illud quod eſt compoſitum ex forma & materia ultima. ſ. tanta & tali materia determinata, unde duo ſunt principia indiuiduationis mã, & forma alterum principaliter. ſ. materia alterum ſecundariũ. ſ. forma ſicuti nunc probabimus, quidquid dicant alii, dico materiã cũ conditionibus eius, quæ ſunt quatuor, tanta quantitas, talis qualitas, tali loco & tẽpore, tãta igitur materia cum iſtis conditionibus eſt cã indiuidationis propria unde patet, qđ indiuiduum neceſſario habere exiſtentiam aliter autem, non indiuiduum dici niſi improprie, Et ideo quamuis intelligentiæ ſint ſingulæ unæ numero, ideo non indiuiduam habent exiſtentiã, nec indiuidua ſed uniuerſalis dicitur unaquæq; earũ, Ex quibus inferimus, illud indiuiduũ uagũ minime dari, niſi equiuoce, caret enim diffinitione indiuidui, cum natura indiuidui ſit illa q̃ uni conueniat, per diffinitionem & eſſentiam ſuam, eſt enim compoſitũ ex tanta & tali materia & conditionibus eius, quæ nunquã in alio reperiri poterint.

Ex

Ex hoc etiam infirimus errorem Porphirii, cum dicit indiuiduum de uno ſolo prædicari, indiuiduum enim de nullo prædicatur, Probatur ratione & authoritate, ratione, nam prædicatum uel eſt artificiale, uel naturale, primo poſteriorū 147. Indiuiduū neutrum horum, ergo, maior, nota & probabimus poſtea minor probatur, Primo q, non ſit artificiale, quia non quæritur ab arte, ſicuti & ipſe met Porphirius, dicit ad mētem Platonis, Tum quoniam per Ariſto. ſcientia eſt de rebus æternis & neceſſariis 1. poſteri. 11. Indiuidua autem ſunt generabilia & corruptibilia ut clarū, & hoc dicebat Ariſto. 7. Methaphi. 35. Quod uero non naturale prædicatum, probatur per diffinitionem ipſius prædicari primo priorum primo prædicatum eſt qđ prædicatur de altero, ſi uero indiuiduum prædicaretur non niſi de ſeipſo non autem de altero ꝑdicaretur, ꝑterea 1. perier. cap 3. Verbum ſemper eſt nota eorum quæ de altero prædicantur prædicatum ergo oportet ut prædicetur de altero, Præterea dicitur prædicatum reſpectu propoſitionis 1. priorum 1. per eius diffinitionē, ſed indiuiduum ſi prædicatur de ſeipſo non poteſt eſſe pars propoſitionis, ergo probatur minor, propoſitio dicitur reſpectu ſillogiſmi ſed nullus poteſt fieri ſillogiſmus ex propoſitionibus, in quibus aliquid de ſeipſo prędicatur, ut experimento patet. non ergo tales ſunt propoſitiones neque igitur termini dici debent. Præterea omne prædicatum naturale 1. poſteriorum 147. debet ineſſe alterī, mū 4. Phiſicorū cap. de ineſſe nil poteſt ineē ſibi ipſi, ergo nil poteſt prædicari de ſeipſo.

Præterea eſt contra Auer. cap. de ſpecie dicit Auer. indiuiduum accidentis. poteſt prædicari de ſubiecto, non autē ſubſtantiæ, Ipſe autem exēplificat in indiuiduis ſubſtātiæ. quare contra Auer.

PRræterea eſt contra Ariſt. cap. de ſubſtātia, dicit ab indiuiduo nullam habemus prædicationem, quare contra Auer. contra Ariſt. & contra ueritatem.

SEd aliqui uolunt defendere Porphiriū, dicentes dari prædicatum innaturale ſicuti eſt indiuiduum, & ſic committunt errorem prio em priori. Primo per dictum Auer. capi. de quarta figura contra Galenū in primo priorum, propoſitiones ex quibus ſillogiſmi debēt habere terminos naturales; aliter non fieret ſillogiſmus, & tunc illæ propoſitiones non dicuntur propoſitiones, nec illi debēt dici termini ſi ſint naturales, ex terminis enim propoſitio, ex qua ſillogiſmus; cum autem ex talibus non ſillogiſmus quare neq; ꝑpoſitio neq; termini, Præterea omnia ſic eſſent prædicata & homo eſſet prædicatum animalis quod abſonum, innaturalia igitur prædicata non debent dici aliquo modo prædicata.

SEd ꝑmiſimus dicere cauſam indiuidui nūc tantū breuiter non enim hic locus determinandi tantam quæſtionem, ſed ſat ſit locum monſtraſſe.

PRimo igitur arguimus, q, materia eſt cauſa propria indiuiduationis, differentia eſt iā ꝑpria rei ſed indiuiduū differt unū ab altero, per materiā, non per formā. ergo.

SEcundo quod per diffinitionē tale per ſe tale primo poſteriorum cap. de per ſe, & ſoli & proprie conuenit 1. topicorum 4. ſed diffinitur indiuiduum unum numero 5. methaphiſ. cuius materia una, ergo.

TErtio quod ē cauſa uniuerſalitatis, non erit cauſa ſingularitatis, ſed 1. Cœli 92. Cœlum eſt ſingulare per materiam, intelligibile & uniuerſale per formam forma igitur cā uniuerſalitatis, materia ſingularitatis.

QVarto 3. de anima 9. 10. forma ſine materia uniuerſalis cum materia ſingularis ergo materia eſt cauſa ut etiā forma fiat ſingularis.

QVinto intelligentiæ ſunt formæ, ſingulæ ſunt unæ numero, & tamen non indiuidua, ſed ſpecies ſunt, cauſa quia non habent materiam. Cū autem ſint formæ ideo dicuntur ſpecies & uniuerſales.

VLtimo 7. methaphiſices, 56. Ariſt. ſpecies eſt forma uniuerſalis, ſingularis autem cum materia. quare materia cauſa indiuiduationis per ſe, forma per accidens.

Finis laus Deo, Anno ætatis ſuæ 28.

AD LECTOR.

MVLTIS, aſſiduiſq; meorum ſtudiorum laboribus. Amice lector, ſaltem id commodi ſum conſecutus, ut, cum ſententias tot uirorum, qui non vulgari eruditione non ultimum locum inter doctos homines iure optimo ſibi uindicarunt, diligenti examine conferrẽ, non parum, quænam eſſet potiſſimum ſequenda dubitarẽ. atq; ex ea dubitatione, cum nullus eorum difficilem, arctumq; implicitæ ſententiæ nexum ſoluere mihi uideretur, indagandæ ueritatis cupiditas me inceſſit. At, dũ modo huius, modo illius ſententiá illis rationibus, quas meũ ingeniolũ ſuppeditabat, infirmare, ac refellere conabar, creuit & opus, & operis ꝓpagãdi uoluntas. Quod cum ſatis ſuperq; creuiſſet, magna me in lucem exeundi cura torquere cœpit. Atque hinc ueritatis amor impellebat, illinc ſæui obtrectatorum morſus reuocabant. Namq; ueritas, quæ communem omnibus cupit utilitatem impertiri, diutius in tenebris iacere nolebat, inuidiæq; timor eam denuo carcere occluſam detinere nitebatur. Non.n. me latebat nonnullus ſeu ueritatis, ſeu obtrectationis cauſa aliorum ſententias confutare auſos in non paruã uituperationem incidiſſe. Tantumq; abfuiſſe, ut aliquam laudem, ut ſperabant, conſequerentur, ut etiam Homeromaſtiges, ac vergiliomaſtiges appellarentur. Quod ut ego uitarem omnes meos labores potius perire, nedum in tenebris deliteſcere, quam lucis conſequendæ libertatem habere exiſtimabam. Sed uicit tandem communis ſtudiorum utilitas, ueritatisq; in libertatem aſſerendæ conatus, quæ laxas ſibi habenas animaduertens per patentiſſimos doctorum uirorum campos iter arripuit. Accipias igitur eam candide lector eo uultu, quo tãta hoſpita communis utilitatis ſtudioſiſſima eſt accipienda. Licet enim nullam aliam tibi ſit utilitatem allatura, tamen aliquam ſaltem dubitandi occaſionem afferet, non paruoſq; meditandi igniculos excitabit. Vale, ac diu felix fruere.

REGISTRVM.

A B C D E F G H.

Omnes ſunt Terniones, præter A, & H, quæ ſunt duerniones.

Patauii Bernardinus de Bindonis Mediolanenſis, & Iacobus Fabrianus ſocii excudebant, Anno Salutis. M D X L V I I.